Qvod Deus Bene vertat

In Nomine Domini nostri Jesu Christi!

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

JURIBUS ÆTATUM

Qvam,

Ex Decreto & Autoritate Amplissimi JCtorum Ordinis in Illustri Academia Wittebergensi

SUB PRÆSIDIO

Viri Nobilis, Amplissimi, JCtissimi

DN. CHRISTIANI KLENGELII,

J. U. D. & P.P. longè celeberrimi, Curiæ Electoralis, Consistorii Ecclesiastici Scabinatus, & Facultatis Juridicæ, Assessoris gravissimi,

Promotoris & Fautoris sui summi, Maxumi

Pro DOCTORALI utriusq; Juris LICENTIA obtinendâ

Ad Examen Eruditorum solenne exponit

DAVID CHRISTIANUS NYMANNUS, Misnensis.

Ad diem 26. Julii

Horis matutinis & pomeridianis in Auditorio Majori

WITTEB. Typis JOHANNIS RöHNERI, Academ. Typogr.
Anno M DC LX.

Quod felix, faustum, fortunatumq́; sit,
In Nomine Domini nostri JESU
CHRISTI!

PRÆLOQVIUM.

DE lanâ, qvi disputant, caprinâ, teste *Carpz. disp. 1. arb. conf. & Affin. pos. 1.* oleum & operam perdunt. Nec laterem solum lavant, sed & produnt ineptias, risu dignas. Est stultus, secundum catullum, ineptiarum labor, imo turpe, difficiles habere nugas. Scire aliqvid tale, compendium nullum; ignorare verò, haud detrimentum. Aranearum telæ plurimum in sese continent artificii; minimum utilitatis: idem est judicium de nugis. Insudandum iis potius, qvæ necessaria scitu, ne, cum in forum veniamus, putemus, nos esse translatos, in alium, ut ille ait, orbem. Non tamen propterea in animum induxi, in præsentia attingere ea, qvæ lippis nota, qvæve tonsoribus; sed qvæ ardua ex parte, & ex parte pulchra, qvæve in curiis tàm familiaria, qvam obsonium in prandio, puta, qvæ & theoriam sapiunt, nec non praxin. Eo enim in studiorum meorum curriculo tendi, eoq́; direxi arcum, monitore *Ario Pinelo*, cujus, *ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. cap. 4. n. 2.* de studio juris recte instituendo, & successu felici conficiendo, tale extat consilium. *Ego*, inqvit, *post longam legendi professionem, postq́; diligentissimam foro navatam*

operam, in eâ sententiâ sum, qvod theoria sine praxi digestam solidamq; juris cognitionem præstare neqveat, praxisq; absq; theoria maxime periculosa & manca evadat. Volupe hinc fuit, eligere materiam de *Juribus Ætatum*, qvæ clausula, uti in simili loqvitur Imp. *l.1. ff. de in integr. rest.* non eget commendatione, sed ipsa sese ostendit, & tamen vix ab uno alterove ex ungviculis, qvod dicitur, edocta est atq; diducta. Hanc telam anteqvam exordior, necessarium esse puto de methodo præfari pauca, qvæ tali decurret filo. Scilicet tota disputatio divisa esto in sex capita. I. tradam *præcognita*, ne his susq; deq; habitis eqvum per caudam videar frenare, rerum etenim intelligentiam, à verborum intelligentiâ dependere, præter Ciceronem autor est Gellius; & non nudius tertius aut qvartus, sed multis abhinc seclis, dum hujus doctrinæ vestigia passim extent in jure *l.1. §.1. ff. de off. Quæst. l.1. ff. de furt. l.57. ff. de V.S.* illud promanavit axioma, inconcinnum esse, prius velle determinare, qvam terminos intelligere: II. *jura infantum:* III. *jura impuberum, pupillorum sive puerorum:* IV. *minorennum:* V. *Virilis ætatis:* ultimo *senum:* qvæ omnia cedant feliciter, feliciter!

CAPUT PRIMUM.

Continens præcognita.

§. 1.

ÆTatem (qvæ vel ab ævô deducenda, vel græco à nomine ἔτος, qvod annum denotat) Cicero pro juventute posuit, Virgilius pro anno. Plinius vino ætatem adscripsit, qvæ vocabuli acceptio juri nostro cæsareo *l.58. ff. de legat. 2. l.16. C. de oper. pub.* minimum aliena, in qvibus ll. ætas rebus accommodatur inanimatis, ædificiis; sed hæc non moror.

§. 2. Mihi

§. 2. Mihi jam jam ætas est *certus vitæ status*, (*vid. l.13. ff. de prob. l.77. §.14. ff. de leg. 2.*) *qvi per partes, sive istæ sint à natura, sive nudo ex figmento civili, suas habet tempestivitates, à die hominis natali, usq; ad ejus obitum.*

§. 3. In limine (hoc enim definitio satagit) non sicco prætereunda pede decantata Qv. *an partui in utero latitanti, tribuenda sit ætas?* & qvidem in negantium ire sententiam, tàm de jure civili, qvàm saxonico, erit tutissimum. Nam (1) jus nostrum civile à nati ac editi hominis momento beneficium restitutionis in integrum metitur *l.3. §.3. ff. de min.* E. ante istud momentum statuere ætatem, evadet absurdum. Sic & (2) ubi non homo, ibi nec hominis ætas; jam si partus in utero latitat, *ibi non homo,* tùm ob *l.9. §. fin. ff. ad L. Falcid. Carpz. pr. crim. qv. 24. n. 24. in fin. & jur. for. n.4. c.4. d.1. n.7.* tùm qvia iste spes animantis *l.2. ff. de mort. inf.* nec non spes hominis *l.14. C. de fideicom. libert.* appellatur; tùm qvod possit esse monstrum, qvod nostro in jure non venit voce liberorum *l.14. ff. de stat. hom.* eàq; de causâ nec ab intestato succedit, *Suev. vel just. 10. b.1.* qvi E. hominis? Jus Sax. qvod spectat, extat *Text. Expr.* in Lehn. *cap. 26. ibi* eines Kindes Jahrzeit soll mann nicht rechnen von der Zeit / da es seine Mutter empfieng/ sondern von der Zeit/ als es die Mutter zur Welt gebahr/ und es lebendig von ihr kommen. Non mutat: nascendus pro nato habetur *l.7. ff. de stat. hom. arg. § 1. J. de exher. lib.* at natus habet ætatem, E. & nascendus: nam major vera, si de nascendi, qvi postea vivus prodiit in lucem, commodis controversia. qvid qvod vocabulum, *habetur*, notet improprietatem.

§. 4. Ætatem divido cum *Cothm. vol.1. resp.42. n.4. & 5. in naturalem sive veram; & civilem sive fictam.* civilis ætas est *figmentum, qvo is, qvi revera terminum alicujus ætatis naturalis adimplevit, vel non, pro minorenni vel majorenni è renatâ habetur.* Et hanc ætatem, *venia ætatis, germ.* die Jahrgebung / in welcher ein Minderjähriger vor älter erkläret wird / præprimis parit, de qvâ vid. *tot. tit. C. de his qvi veniam ætat.* ut & *principis indultum.* non mutat: jura naturalia sunt immutabilia *§. pen. J. de J.N.G. & C. l.8. ff. de cap. min. junct. l.8. ff. de R. J;* hæc enim regula recto stat

talo in iis, qvæ jus naturale præcepit, non verò qvæ permiſit, *Ungep. Exerc. juſt. 2. Q. 9. in N.*

§. 5. Ex his modo traditis facile percipiendum, qvæ ætas dicenda naturalis; *nimirum, qvam natura, ob inſigniores mutationes, ſine alterius facto, ſibi elegit*. Latitant qvidem, in qvibusdam, qvamvis ſint plurimorum annorum, præclariores operationes tàm corporis, qvàm animi diutius; in qvibusdam citius prorumpunt: verum dum raro qvid tale contra communem naturæ curſum accidat, ideo id non animadvertit jus noſtrum *arg. l. 3. & 4. ff. de ll.* fundatum in jure naturali.

§. 6. Ætatem naturalem ſubdiſtingvo 1. *in infantiam: 2. Pueritiam: 3. Minorennitatem: 4. Virilitatem:* nec non 5. *in ſenectutem;* & ſecundum hanc ætatis naturalis ſubdiviſionem jura ætatum examinabo. Si tibi, bimembris arrideret diviſio, dico, ætatem naturalem aliam esſe *tenellam;* aliam *perfectam*. Ad tenellam revoco priores tres ætates; ad perfectam, poſteriores duas.

§. 7. Non qvidem me fugit *ſex* extare ætates *in jur. can. cap. 1. cauſ. 35. qv. 4:* alios adſtruere *duas, juventutem & ſenectutem:* alios *tres, infantiam, impubertatem & minorennitatem vid. Carpz. pr. crim. qv 143. n. 6.* qvi tamen reſpectum habet tenellam ad ætatem: alios *qvatuor, infantiam, Adoleſcentiam, juventutem & ſenectutem:* Verum cum vel plura, vel pauciora & corporis & animi diſcrimina ſentiat ætas, ideo ea in illorum me flexerunt opinionem, qvi qvinariam ætatis naturalis apprehendunt diviſionem. Eſt qvædam ætas ferè irrationalis, uti *infantia cauſ. 22. qv. 5. c. 14:* qvædam præ ſeſe fert ſcintillulas rationis, ſine velle tamen & nolle, ſicuti *pueritia:* qvædam, qvemadmodum *minorennitas*, aliqvam judicii partem monſtrat, imperfectam tamen *l. ult. C. in qvib. cauſ. in. integ. reſt:* qvædam ejus ſoliditatem, qvalis *ætas virilis:* qvædam prudentiâ & experientiâ ſplendet, *ſenectutem* intelligo. Unde diverſa jura, diverſa privilegia, de qvibus ordine ſeqv. Habemus qvidem & noſtra tempeſtate decrepitam ætatem, diverſam qvodammodo á ſenectute: at cum magis & minus non varient ſpeciem, uti pupillari ex ætate patescit, ideo nec hanc, ut diverſum plane qvid, attendam.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

De Juribus infantum.

§. 1. Acceptio hujus vocabuli ambigua est. Nam (1) denotat hominem recenter natum, *l. 15. ff. de stat. hom.* (2) liberos, cujuscunq; ætatis, *arg. l. 41. §. ult. ff. de leg. 3. vid. Wehn. obs. pr. verb* Kinder/ qvo fortasſis ſenſu Regis Hiſpaniæ liberi infantes dicuntur *conf. Ott. de jur. publ. c. 7. in fin.* (3) minorem ſeptem annis *l. 14. ff. de ſponſ.* qvam ultimam acceptionem facio meam, qvippe qvod infantes, (qvos Graji νήπιους h. e. imprudentes, ſtultos appellitant *Cypr. de ſponſ. cap. 9. §. 3. n. 5.*) jure Juſtinianeo plerumq; opponantur illis, qvibus plenaria competit poteſtas fandi *l. 1. §. 2. ff. de adm. tut. l. 70. ff. de V. O. junct. l. 3. C. qvi adm. ad bon. poſſ.* qvod accidit, ſeptimo anno elapſo.

§. 2. *Infantia* itaq; *est prima ætas, (l. 68. pr. ff. ad L. falcid.) qvæ finitur ſeptennio. l. 18. pr. & §. 4. Cod. de jur. del. junct. l. 1. §. 2. in fin. ff. de adm. tut. Carpz. pr. cr. qv. 143. n. 6. Gilhauſ. arb. jud. crim. cap. 2. tit. 34. n. 2. Rosb. pr. civ. tit. 65. n. 5. Schn. Vult. ad I. tit. de nupt. & act. Hahn. ad. Weſ. π. tit. de pact. n. 5.* Hujus jura, h. e. principaliora attributa, privilegia, nec non operationes jure competentes, ſicuti & reliqvarum ætatis naturalis partium, ſpectanda præprimis I. in *Dignitatibus:* II. in *Judicialibus:* III. in *Delictis:* IV. in *Extrajudicialibus.* Jam.

I. *Ad dignitates.*

§. 3. Dignitas Imperatoris palmam præ omnibus fert *Reink. de Reg. Sec. & Eccl. lib. 1. claſſ. 2. c. 7. n. 3. & ſeqv.* Hæc *an infanti conferenda Qv?* R. ſi Seren. Elect. ejusmodi electionem è republicâ esſe judicarint, Affirmando, tùm (1) *qvod certa ætas in Imperatore non definita:* tùm (2) qvod Otto III. admodum puer electus *Ott. de jur. pub. c. 8.* & Fridericus infans ſalutatus Imperator *Dauth. de teſtam. n. 145.* Non infringit (1) Juvenile eſt vitium, regere non posſe imperium *Sen. in Troad.* (2) *l. 8. ff. de mun. & hon. l. 2. §. fin. ff. de jur. immun.* qvibus hæc ætas, ducto argumento à majori ad minus, à publicis excluditur honoribus: qvippe

qvippe qvod facillima ex modo allatis responsio. Recte inde, præprimis hereditariis in regnis, mea sententia *Barth. l.1.§.de min. & bon.* infans ut Rex potest coronari.

§. 4. Longe aliter sese res habet in dignitate Ecclesiastica. Nam infanti beneficia denegat ecclesiastica jus canon. *c.35.de præb;* prohibetq; ipsi, nisi forte religionem intret, primam conferre tonsuram *c.ult.de temp. ordin.in 6.* Alias qvod attinet dignitates, infanti, ut infanti, omnis interclusus est aditus ad eas aspirandi, per *ll. modo all. confer. hoc. in loco cap. seqv.* Hic saltem annecto, ingressum in monasterium, licet parentes infantem obtulerint, non obligare eum, sed majorem factum, ad secula redire posse. *c.11. & 12. de regul.* seqvuntur nunc

II. Judicialia.

§. 5. Judiciale est *exercere actionem.* De qvo ita *Umm. proc. jud. disp.1. n.21. pr.* infantes neq; cum tutoris autoritate, neq; absq; illâ, qvicqvam in judicio agere possunt tanqvam omni fere judicio destituti. Et si de facto infans judicium acciperet, & fortè pro se obtineret sententiam, ipsa tamen pro nulla habenda. Hæc ille. est enim furioso similis *l.1. §.13. ff. de O. & A. Sed qvid tandem? R. cum Wes. π. de adm. tut. n.4. ibiq; Habn.* tutoris est nomine infantis, mandato tutorio exhibito, exercere actionem, ad exemplum boni patrisfam. *l.10. & 33. ff. de adm. tut.* multo minus ipsis accusationis via patet *Ros. pr. crim. tit.1. c.7. n.10.* partim qvia carent intellectu, *l.1. C. de fals. mon;* partim qvia inscribere neqveunt. *vid. l.3. C. de his qvi accus.*

§. 6. Judiciale est, *pulsari actione.* Has, salvis tamen exceptionibus infra positis, tutor nomine infantis suscipere tenetur *l.2. ff. de cond. furt. ibiq; Goth. Wes. l. all.* Quam ob causam & nomine infantis *citandus l.1. §.2. ff. in fin. de adm. tut.* vel, eo deficiente, infantis proximi agnati aut cognati; vel litis curator à judice in subsidium dandus *Gail. lib.2. obs.107. n.7. & 8.* Qvod si citatio dirigatur ad infantem, processus, qvia reus non legalis citatus, in vitium nullitatis incurrit *l.4. pr. l.22. ff. de in jus voc. junct. l.3. C. si propt. publ. pens. ibiq; Gothofr. in not. Rosb. pr. civ. tit.22. n.7. & tit.11. n.8.* Qvid *si citantur, ut compareant per tutorie?*

tutores? R. res eodem recidit. *Umm. proc. jur. disp. 5. n. 40. disc. vid. Mynf. cent. 2. obs. 35.* unde & est, qvod non debeant nominatim citari, *Carpz. pr. jur. tit. 7. n. 17. art. 2.*

§. 7. Judiciale est, *juramentum deferre*, h. e. secundum *Habn. ad Wes. π. de jurej. n. 9.* provocare aliqvem ad jurandum, & qvasi necessitatem jurandi ipsi facere, den Eyd einen anbieten/ (cui opponitur referre juramentum denn Eyd wieder anheim schieben) qvod fit, si vel actor reo actionem ante litem contestatam; vel reus post eam actori suas exceptiones ob probationis defectum in sein Christlich Gewissen/ Wissenschafft und wohlbewust stellet. Qvam juramenti delationem infanti rectè adimunt *Gilhaus. arb. jud. civ. cap 6. p. 6. n. 3. Umm. pr. jur. disp. 14. n. 6. Tr. v. 1. d. 21. θ. 7. lit. a.* Est enim (1) hoc permissum ei, qvi liberam rerum suarum administrationem habet *l. 17. §. 1. ff. de jurej. junct. l. 20. l. 35. § 1. ff. eod;* qvive legitimam personam standi in judicio; qvod negamus de infante: est hoc (2) concessum ei, cui jusjurandum referri potest, h. e. qvi ipsemet jurare valet *Carpz pro. jud. tit. 11. art. 1. n. 85.* qvod negamus de infante: est deniq; (3) id illius, qvi intelligit, qvod agit, qvod negamus de infante. Licet autem hoc negamus de infante, tutori tamen id propterea non denegamus, siqvidem in eo omnia prædicta concurrant reqvisita *l. 17. §. 2. l 35. pr. ff. de jurej. junct. l 4. ff. de in lit. jur. Carpz. l. all. n. 91.* Multo minus juramentum extra judicium ex conventione deferre potest *Umm. l. all. vid. l. 17. pr. ff. de jurej.*

§. 8. Judiciale est, *testimonium dicere.* à qvo tàm in civilibus, qvàm criminalibus *Gilh. arb. jud. crim. pag. 368. n. 56. Habn. Wes. π. de test. n. 3.* repellitur infans *Farin. pr. crim. qv. 58. n. 5.* Etenim (1) qvi à juramento removetur, removendus & à testimonio, dum de testimonii essentia sit juramentum *l. 9. C. de test. c. 20. caus. 3. qv. 9. Carpz. pro. jud. tit. 1. art. 1. n. 43:* atqvi infans removetur à juramento, qvippe qvod in eo nullum judicium, qvod jusjurandum præsupponit *c. 26. in med. de jurej. c 2. caus. 22. qv. 2. c. 7. caus. 22. qv. 1. Wes. π. de jurej. n. 14 ibiq; Habn. E.* sic & (2) qvid vidit, ignorat *l. 1. in fin. C. de fals. mon. Mascard. de prob. vol. 1. concl. 3194. n. 4. Pruckm. vol. 2. cons. 18. n. 77. Hart. Pist. lib. 1. qv. 30. n. 29.* proindeq; ejus testimonium improbatur, sicuti cœci, testificantis de coloribus *Masc. vol. 3. concl. 1. 246. n. 2.*

§. 9. Judiciale eſt (non tamen lector, exinde extrajudicialem denego confesſionem, qvæ extra judicium fieri ſolet apud probos & fide dignos homines *l.40.pr.ff. de pact.*) *confesſio*, qvando coram judice competente, & pro tribunali ſedente, qvis aliqvid affirmat, & asſeverat. De qvâ regula in *l.1.ff. de conf.* confesſus pro judicato habetur, ſua enim qvodammodo damnatur ſententia. Hæc confesſio ab infante facta non multum in ſeſe continet ponderis. Eſt in eo nullus conſenſus *l.12.ff. ad L. corn. de ſicar*; nullus intellectus *l.40.ff. de R.I. junct. l.1. §.13.ff. de obl. & act*; qvidve vidit ignorat *l.1.C. de falſ. mon. umm. proc. jur. d.13.n.41.* Et qvamqvam tutoris accesſerit autoritas, ne latum tamen ungvem à priori diſcedo opinione cum *Rosb. pr. civ. tit.65.n.5. Habn. ad Weſ. π. de conf. n 3.*

§. 10. His probe cognitis (confer tamen hoc in loco §§. *cap. ſeqv.* ex qvibus prædicta lucem capiunt; non enim me juvat apponere crambem bis coctam) non molis erit ſtatuere, qvid juris ſibi vindicare qveat infans in aliis actibus judicialibus Simpliciter ſcil. removendus, ſive ſit perſona principalis, ſive accesſoria. Qvî enim in judicio verſare poteſt, qvi nullum habet judicium; qvi juſtitiam pro pomo & burſâ vendit, uti loqvitur *Beuſt. in rubr. ad tit. de jurej. n.7. in fin.* Ordo tangit.

III. Delicta.

§.11. Hæc qvod ſpectat, adhibeo diſtinctionem. *vel enim committitur delictum in infantem; vel infans delinqvit.* Priori caſu hoc fit præprimis 1. *Exponendo:* 2. *alimenta denegando:* 3. *occidendo:* 4 *pudicitiam aggrediendo:* 5. *aliqvid mali ipſi moliendo*; de qvibus paucis in ſeqv. qvoad jura.

§. 12. *Abjectio infantum* crimen eſt à ſenſu humano alienum, vixq; barbaris notum, *Nov.153.præf.pr.* Necare n. videtur qvi abjicit, qvive publicis exponit locis *cap.21. diſt.86. l.4. ff. de agnoſ. & alend. lib. junct. l.15. ff. ad L. Corn. de ſicar. Weſ. π. de lib. agnoſc. n.4.* Qvam ob cauſam de jure civili, pro modo delicti admisſi, ſubjacet arbitrariæ judicis punitioni *Nov.153.c.1. in fin. l.2. C. de inf. exp. Alth. dicaal. lib.1. cap.128. n.18. Berl. n.4. concl. 7. n.31. & ſeqv.* De jur. Sax. (ita enim res ipſi videtur deciſa, conf.

Theod

Theod. Coll. crim. diss. 7. §. 6. lit. b.) *Berl. l. all n. 57.* expositori pœnam fustigationis cum perpetuâ relegatione dictitat, si infans vivus & incolumis remansit: sin mortuus vero, vel in locum nimis solitarium expositus, pœnam legis Pompejæ de Parricidis. calculum adjicio *Carpz. pr. crim. qv. 10. & jurispr. for. p 4. const. 4. def. 8. & 9. Wes. ad L. Corn. de sicar. n. 14. ibiq. Hahn.* qvibus hæc de re judicium tale: scil. *vel* infans abjectus dolo malo, in locum solitarium, & à hominum conspectu remotum, eâ intentione, ut moriatur, ut inediâ consumatur, &, eventu subsecuto, exponentes pœnâ plectendi ordinariâ. Qvid enim interest, occidat qvis, an causam mortis præbeat *l 15. ff. ad L. Corn:* *vel* infans expositus in locum, qvo homines freqventer ambulant, non eâ fini, ut pereat, sed ut alii eum recipiant nec non alant, &, si vitam commutavit cum morte, præter exponentis intentionem, expositori pœna fustigationis, cum perpetua relegatione dictitanda. nec obstat: dans operam rei illicitæ, etiam ad ea tenetur, qvæ præter ejus intentionem seqvuntur *l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ;* procedit enim, si ejusmodi eventus immediate & necessario seqvatur, non verò si per accidens: *vel* infans expositus sine dolo malo, in locum haud remotum, à hominum conspectu vivusq; ac incolumis reperitur, & carcere vel relegatione animadvertendum in expositorem. Et hæc sententia conformis (1) *Const. Carol. crim. art. 132. ibi*, stirbt aber das Kind von solchem hinlegen / so soll man die Mutter / nach Gelegenheit des gefährlichen hinlegens an Leib und Leben strafen. Hinc, argumento à contrario sensu ducto, eo non mortuo, neq; ultimo supplicio afficiendus exponens, neq; pœna corporis afflictivâ. (2) nititur ratione. Nam de jure civ. pœna est arbitraria; & Jur. Sax. nil certi qvicqvam hac de re determinatum. mitiorem itaq; sententiam ex rectâ eligimus ratione, in casu legibus non expresso, in qvo juste proniores sumus ad lenitatem, sicuti non mitiores lege, si factum ab ea decisum.

§. 13. Infantes ita alienæ misericordiæ expositos, nostra jura statim *liberant, & à potestate dominica l. 1. & 2. C. ibid. Nov. 153. c. 1. pr. junct. l. 9. C. de patr. potest; & à potestate patria: c. un. de inf. exp. Perez. ad cod. lib. 8. tit. 52. n. 1.* Est enim patris non negare

B 2 filium,

filium, *l.9.C.de pat.pot.* sed agnoscere partum *l.1. §.4.ff. de agnosc. lib.* Prole itaq; merito indignus est, qvi ejus vitam contemsit, nec non mores. Sed qvid juris, *si qvis infantem tali modo expositum, ex Judaeorum more, furti animo susceperit?* Resp. *Perez. l. all. n.4.* impensas, qvamvis necessariae fuerint, repetere neqvit. *l.1. C.de inf. expos.* Qvod si ejusmodi animus abfuerit, salvae ipsi qvidem sunt expensae, nullum tamen jus in eorum personis sibi vindicare potest *c. un. X. de inf. expos.*

§.14. Est & contentio *de infantis expositi educatione*, qvam nervose componit *Perez. l. all. n.5.* Aut enim, inqvit, adsunt Hospitalia, ad infantes expositos alendos destinata, vel, *secundum Carpz. jur.for.p.4. c.4. d.10. n.10.* in genere saltem hospitalia, & ibidem educandus: aut non, & à communitate h. e. ab universis istiq; loci incolis, ubi reperitur, infans alendus, est enim pauper desertus. Ultimum erroneum, si consuetudine introductum, ut Ecclesia, vel loci dominus, in sese suscipiat hoc onus.

§.15. Haec *consuetudo*, qvae domino loci id injungit, cum nostris vigeat in provinciis, (male enim id rusticis, vel toti obtruditur communitati *Carpz. pr. crim. qv.10. n.26. Theod. coll. crim. disp.7. §.6. lit h.*) parit Qv. cuinam Domino ea imponenda educatio, *an cui alta competat jurisdictio* die Obergerichte / *an cui bassa* die Untergerichte? R. cum *Carpz. pr. crim. Theod. l. all. & jur. for. p.4. c.4. def.10. Berl. p.1. concl.1. n.14. Moll. lib.4. sem. c.45. n.3.* cui alta, sive superior, qvae in nonnullis locis, scil. Palatinatu nec non Franconia, centa sive centena dicitur, qvemadmodum jurisdictio bassa sive inferior, vogteia *Reinck de R.S. & E. lib.2. cl.2. cap.17. n 43. & 50.* Et haec assertio nostris in regionibus forti nititur fulcro. Nam cui imposita custodia furiosorum agnatos non habentium, ei & incumbit cura infantum, qvia aeqviparantur *l.1. §.12. & 13. ff. de O. & A. junct. §.9. Inst. de inut. stip.* sed jurisdictionem altam habenti ea est injuncta *in Ord. Prov. de An. 1555. tit.* was zu ober / nieder / oder Erbgerichten gehöret / *ibi*, unsinnige Leute zuverwahren lassen. E. Nec obstat: causae civiles pertinent ad Jurisdictionem bassam, *ibi*, und alle bürgliche Sachen, qvalis causa alimentationis: limito enim Majorem, modo non

o riantur

mantur à criminalibus, *ibi*, die nicht von peinlichen Sachen her-fliessen/ uti nostra, qvæ ab expositionis crimine descendit.

§. 16. Oritur nonnunqvam lis inter patrem & matrem, & fermè semper, inter stupratorem & stupratam *de infantis alimentatione*. de hujus litis decisione ita *glossa*:

Mater alit puerum trimum, trimoq; minorem;
Majorem verò l'ascere patris erit.

Qvam seqvuntur *Moll. ad Const. Aug. 27. p. 4. n. 2. Coler. p. 1. decis. 176. n. 90. per l. 9. C. de pat. pot.* Sententia glossæ, pace omnium liceat dixisse, fallax. Rectius *Carpz. p. 4. Const. 27. def. 5. Wes. tr. de agn. lib. n. 6. ibiq; Hahn. Berl. p. 4. concl. 38. n. 41. & seqv. per c. 5. in fin. X. de eo qvi dux. in matr.* patri (&, in stupratore, heredibus ejus, eo mortuo *Berl. l. all. n. 45*) indistinctè alimentationem injunxerunt, postqvam infans delactatus, modo non plane sit egenus, qvo casu matris erit, alere filium. Sed *usq; qvo respectu patris?* Resp. præprimis si stupratorem concernit Qv. ad illam usq; ætatem, qva ipse sibi poterit suppeditare alimenta *Berl. l. all. n. 48*: nec obstat *l. 9. C. de pot.* illa enim, secundum *Carpz. l. all.* restringi debet ad lactis alimenta, cum ante triennium olim infantes, non solebant depelli mamma. in transitu annecto, jur. can. nutrices Christianas non debere alere infidelium infantes *c. 13. de jud. & sarac.*

§ 17. *Infans si occisus*, judicis erit officium attendere, *an culpa* intervenerit, *an dolus malus*. Si culpa præbuerit causam mortis, qvæ potissimum cernitur, *in castigatione modum excedenti, in suffocatione in lecto*, meretur ea vel carcerem, vel pœnam pecuniariam, vel relegationem *arg. c. fin. X. de his qvi fil. occ. Carpz. pr. crim. qv. 15. n. 33.* Nec interest, an ea commissa à patre vel matre, an à nutricibus, modo sint bonæ conditionis & famæ, *Farin. pr. crim. p. 5. qv. 120. n. 178. & seqv.* Tribuit qvidem his in casibus autor all. locum pœnitentiæ, idq; ad 7. vel 3. annos, prout culpa levis aut gravis; sed hæc non obtinent nostro in foro.

§. 18. Dolum qvod attinet, admissus est is *vel ab extraneâ personâ, vel à conjunctâ. Extraneus* infantem occidens, magis puniendus, qvam si peremisset natu majorem, cum ex hoc crude-

lior appareat *Farin. l. all. qv. 119. n. 22;* & infans non habeat animum offendendi, nec potestatem resistendi, vel homicidium præcavendi, *Carpz. pr. crim. qv. 24. n. 33.* Unde vel corpus rotæ imponitur, post pœnæ gladii executionem; vel etiam reus trahæ injectus ad supplicii pertrahitur locum *Carpz. l. all. n. 34. 35: si verò conjuncta* persona infantem è medio sustulit, *ascendens separanda à collaterali.* Nam *ascendens* pœna culei afficienda, sive infans sit legitimus, sive spurius, sive scelerato ex coitu natus. *Textus* etenim, *Const. nimirum Aug. 3. p. 4. & l. un. C. de his qvi par. occid.* generaliter loqvuntur, & natura, qvæ in pœnâ infanticidii intenditur, nullam inter liberos admittit differentiam. *Collateralis* verò subjacet iis pœnis, qvibus extraneus, sicuti & vitricus, nec non noverca. Cœterum cum hæc clausula multas patiatur & ampliationes, & limitationes, secundum varios casus nec non diversas circumstantias, ideo (ratio enim nostri instituti prohibet singula tangere ad amussim) lectorem remitto *ad crim. Farin. ut & Carpz.*

§. 19. Qvi *rem habet* cum puella infante, capitali afficiendus supplicio, eo qvod, ob consensus defectum, semper vis præsumenda *Carpz. pr. crim. qv. 69. n 41. Berl. p. 5. concl. 42. n. 16;* qvid *si saltem adfuerit conatus?* fustigandus, inq; perpetuum relegandus, *secundum Pingiz.*

§. 20. Severissimè & animadvertunt jura in eum, qvi *male qvid molitur infanti,* licet non seqvatur effectus. Etenim capitalis est pœna, si qvis aggreditur piaculum necandi infantis *c. 10. dist. 1. de pœn. Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 14. n. 25.* ex qvo casu, determinandi alii.

§. 21. De infantis delinqventis juribus si qv; Proditæ Dd. regulæ, *infans expers est delicti, Carpz. pr. cri. qv. 82. n. 3. Theod. coll. cr. disp. 1. θ. 25. lit. d. Schn. ad J. tit. de Act: infanti neqvit adscribi delictum; l. 3. §. 1. ff. de sepulch. viol. c. 2. X. de del. puer. Menoch. de recup. poss. rem. 9. n. 37. & seqv: infantes & doli & culpæ incapaces sunt, eandemq; ob causam nō intelliguntur peccasse l. 33. § 1. C. de in off. test. Hart. pist. lib. 1. qv. 30. n. 29.* Und infans non committit *furtum l. 23. vers. nam infantes ff. de furtis, junct.*

l. 51.

ſit. §.2. ff. de furt. Carpz. pr. crim. qv.82. n.3: neq; *ſodomiam*, ſicuti pronunciarunt Scab. Lipſ. *Carpz. pr. cr. qv.143. n 17:* neq; *Homicidium Clem. un. de hom. junct. c.5. cauſ.15 qv.1. Schneidw. ad J. de aut. tut. Covar. Tom.1. p.3. p.558. n.5. Gilb. arb. jud. crim. cap.2. tit.12. n.52:* nec *qvodcunq; delictum Theod. l. all;* proindeq; non ſubjacet horum pœnis. *Gail. lib.2. obſ. 110. n.31.* Deficiente ſiqvidem dolo, voluntate & propoſito committendi delictum, deficit & delicti pœna ordinaria *l.1. C. ad L. Corn. de ſicar. l.53. pr. ff. de furt. junct. l.33. ff. de injur. l.5. §.3. verſ. proponitur ff. ad L. aqvil. Gail. lib.2. obſ.110. n.31:* at in infante deficit dolus, eſt enim non ſuæ mentis *l.5. §.2. verſ. ſed ſi infans ff. ad L. Aqvil:* nil qvicqvam habet conſilii *l.12 ff. ad L. Corn. de Sicar:* nullum, ſicuti furioſus, intellectum *§.9. Inſt. de inut. ſtip. l.60 ff. de R. V;* qvæ omnia præſupponit dolus *vid. Carpz. Reſp. 67. n.12. lib.6. E.* Sic & infans æqviparatur furioſo *l.1. §.13. ff. de O. & A.* qvi puniri neqvit *l.14. ff. de off. præſ. cauſ.15. qv.1. c.5.* Non mutat (1) infans ob delictum ad Wergeldi ſolutionem obſtrictus, Landr *lib.2. art.65:* Reſp. qvid tum? aliam ſuppeditat *Carpz. pr. crim. qv.143. n.16.* ſcil. jus Sax. ob gloſſ. lat. ib. pupillos pubertati proximos appellare infantes: (2) in carcere virgis cædi poteſt, *Carpz. l. all. n.19;* loqvor enim de pœnâ ordinariâ: (3) infans aſſiduas ob blaſphemias è manibus parentum à diabolo ereptus; Reſp. *Carpz. l. all.* factum id in pœnam patris filium non corrigentis. Unde veriſſima ſententia *Berl p.4. concl.1. n.83.* infantem Blaſphemantem eſſe puniendum: (4) pueri noſtra ætate plerumq; neqviores antiqvis temporibus, obindeq; doli videntur capaces; Reſp. caſus inſoliti, qvi rariſſime contingunt, in conſeqventiam non trahendi, nec legibus ſubſunt, *l.3. & 4. ff. de ll:* qvid qvod ætas, licet adſit doli capacitas, juſta ſit cauſa mitigandi pœnas *Gilb. arb. jud. crim. p.2. cap.5.*

§.22. Attingendus & alius caſus, nempe, mortem qvi ſibi inferunt, plerumq; mandantur terræ ſepulturâ caninâ ſive aſininâ durch den Hencker/ *Carpz. pr. cr. qv.2. n.30.31:* vel honeſtâ qvidem, omiſſis tamen ceremoniis ohne Sang und Klang/ auch ſonderbaren proceſſ. num *tale qvicqvam obtineat in infantibus fato infelici obeuntibus*, disqviritur. N. adeſt enim actus ignorantia, doli

doli & culpæ incapacitas, intellectus nullus. *conf. §.prac.* Et hoc modo Serenisſ. pronunciavit Sax. El. referente *Carpz. Jur. Eccl. lib.2. tit.24. def.38.*

§. 23. Ex iisdem fluit principiis, infantem *ex L.Aqvil. non posſe conveniri, Cöpp.obſ.pr.lib.2.obſ.78.n.1.& 2.* Cadit in infantem, dum non intelligit qvid agit, *l.12.ff.ad L.Corn.de ſic.* nulla injuria *Gilb. arb.jud. cr. cap 2. tit.34. n.2.* qvæ hujus actionis fundamentum *Habn ad Weſ.π. ad L. aqvil.n.4.* Nec obſtat *l.1. & 2. C.ſi adv. del;* hæ enim accipiendæ non de infantibus, ſed minoribus doli capacibus.

§. 24. Ex allatis & petenda deciſio, *an infans actione injuriarum, ſive alia ex delicto deſcendente qveat pulſari?* Qvod comm. Neg. Imploratio tamen officii judicis cum actione hic non confundenda.

§. 25. Non tamen exinde *parentibus caſtigationem adimo, aut magiſtratibus*, ſi animadvertunt qvalem qvalem in infante malitiam, doliq; capacitatem pronunciarunt ita, referente *Carpz. pr.crim. qv.143. n.18.* Scab. Lipſ. cum infans Lapide occidisſet infantem, *ibi*, ſo wird (ſcil. gedachter Knabe/ von 7. Jahren) ſolcher ſeiner Verbrechung wegen/ mit Ruten ziemlicher maſſen gezüchtiget. Imo cum *Königſ. in proc. c.56. & 138.* eum adſtringo ad Wergeldi ſolutionem, tùm ob *Text.* in Landr. *lib.2. art.65:* tùm qvod Wergeld. ſolvendum de homicidio caſu inopinato commiſſo Landr. *lib.2. art.38. Carpz.pr. crim. qv.34. n.3;* infantumq; homicidia caſu eveniunt: tùm qvia non pœna eſt, ſed adinventum in ſolatium agnatorum *Carpz. l.all. n.60.* Non mutat; Wergeld. ſapit pœnam illius pœnæ, qvæ ex L.Aqvil. *Carpz. l. all. n.13;* & eſt mulcta: Nam non revera, ſed qvodammodo ſurrogatum in illius pœnæ locum *Carpz.d.l:* nec ab omni mulcta ſimpliciter liber infans. *Diſſ. Coler. dec.162.n.2.* Tandem

IV. Ad Extrajudicialia.

§. 26. In his, qvoad jura de infantibus ſingulariter conſtituta, occurrunt *I. Ultima voluntas,* in qva infantes cum effectu non posſunt exheredari, cadit ſiqvidem in ipſos nulla ingratitudinis cauſa *l.33. §.fin.C.de inoff.teſt.Schn.ad J.de exh.lib.n.2:*

Neq;

Neq; fungi in ea teſtis vice, *Vultei. ad J. lib.2. tit.10. §.2. & 11*; qvippe qvod non intelligant, qvod vident *l.1. in fin. C. de falſ. mon.* multo minus, ob actus ignorantiam, permisſa ipſis poteſtas condendi teſtamentum *Vult. l. all Reuſn. de teſt. c.5.*

§.27. *II. Succesſio ab inteſtato*; in qvâ infantum jura in dubium vocantur, ſi vel aliqvantum maturius poſt copulam ſacerdotalem; vel aliqvantùm tardius, patre è vivis excesſo, editi fuerint in lucem. De his controverſiis ita jura: infans initio ſeptimi menſis h.e. die 182. *l.12. ff. de ſtat. hom. l.3. §.ult. ff. de ſuis & legit.* poſt contractas nuptias natus, legitimo pro partu habendus; ut & ſi in orbem prodiit menſe nono, decimo, *l.3. §.11. ff. de ſuis & leg.* vel initio 11. menſis poſt mortem patris, non verò ſi ſub hujus menſis fine, aut initio duodecimi *Ung. Exerc. juſt. 9 qv.3.* Hæc jura, atteſtantibus *Carpz. jur. Eccl. lib.2 tit.13. Svev. vel. juſt 10. §.1 lit. e.* confirmata à ſupremo Conſiſtorio Eccleſiaſtico, Conſiſtorio & Dicaſt. Witteb. Non itaq; moror, qvicqvid in contrariam affert partem imperitum vulgus, qvod tali modo natos ab opificiis & collegiis excludit *vid. Hahn. ad Weſ. π. tit. de his qvi ſui n.2.* in qvo, *ſecundũ Cic.* nullum conſilium, nulla ratio. Stantibus his, ſupervacaneum eſt diſputare, *an partus octomeſtris legitimorum habeat jura?* Judex enim hæret merito, an ſeptimeſtris ſit dicendus, an octomeſtris *Carpz. l. all. d.226. n.8.* proindeq; rectè non nimis rigoroſe inqvirit *def.227.* Accedit, qvod in matrimonio nat9, in dubio præſumendus pro legitimo illius viri & uxoris partu *Rosb. pr. crim. tit.3. c.3.*

§.28. Excedit interdum qvis è vita uxore prægnante relicta. Hoc emergente caſu, disqviritur *qvalia recenter nato in ſucceſſione ab inteſtato tribuenda ſint jura?* diſtingv. *aut partus editus eſt monſtrum, aut non. Priori caſu* nil qvicqvam obtinet juris, in tantũ, ut nec rumpat teſtamentum, nec paternam hereditatẽ transferat in matrem *l.3. in fin. C. de poſth. hered. Inſt. Poſteriori caſu* ſubdiſt. *Vel enim moritur in partu*, (qvod præſumitur ſi peſtifero laboravit morbo mater *Carpz. jur. for. p.3. conſt.17. d.20.*) & non ſuccedit, proindeq; neq; teſtamentum reddit inane, neq; qvicqvam de hereditate paterna erit matris. Hæc enim jura competunt ſaltem partui, qvi vivus in orbem devolutus *l.3. C. tit. all. l.12.*

§1..ff.de lib.& post; neq; obstat: liberi succedunt, si sunt in utero *l.6.in fin.& 7.ff.de suis & leg.§.2.in fin.& 8.pr.J.de hered. qvæ ab int;* hoc enim veritate nititur eatenus, qvatenus vivi ad orbem processerint *l.3.§.3.ff.de inj.rupt.test. Vel vivus prodiit in lucem,* & hoc ipso momento (licet nondum fuerit perfectus, h.e. natus sexto mense *l.12.§.1.ff. de lib.& posthb.* licet in manibus obstetricum decesserit, nec vocem emiserit *l.3.C. de post. hered.*) succedit, eandemq; ob causam hereditatem, quamvis non agnitam ab infante nato *l.18 §.1 C de jur.del.Richt.decis.67.n.15.* mater jure sibi vendicat *l.2.§ 11.ff.ad SC.Tertull.l.9 pr.ff.de jur.fisc.* Non mutat(1) *l 3 in fin.C.de posthb.hered.* qvæ perfectionem desiderat; intelligenda de perfectione membrorum:(2) *Text.in* Landr *lib.1.art.33 &* Lehnr. *art.20.pr.* qvi infantis clamorem exposcunt. Nam est declaratio rei, qvæ non reqviritur, si per alium modum habeamus notitiam. Eleganter *Carpz.jur.for.p.3.const.17.def.19.n.7.* Si vita ex signis, puta motu corporis, pedum, brachiorum, anhelitu deprehenditur, nihil amplius desiderabitur, & frustra clamor ejus expectabitur *Confer.& d.17.18.& 19.* istius loci. His non male adjungo seqv. Qv.1. *an infans spurius promissum loco alimentorum à patre, transmittat ad matrem, si excedit è vivis? R.cum Berl.p.4.concl.58.n.47.Affirm.* qvando certa pecuniæ summa promissa in amissæ virginitatis solatium: *Negando,* qvando nil certi destinatum, qvoniam præstatio alimentorum, personalis, proindeq; cum persona extingvatur. 2. *an infans, tempore venditionis conceptus, & natus intra annum ad retrahendum datum habeat jus retractus* das einstand oder näher Recht? Qvod aff. *Richt.decis.76 n.16.*

§.29. Infans ipse certe, qvi non deliqvit, paterni vel materni commissi pœnam sustinere non debet, ll. ægyptiorum erat statutum *Connan.lib.2.cap.16.n.4.* Ab hac, ad augendum omnibus matrimonii desiderium, recesserunt Romani; nec liberis legitimis, naturalibus tantum, spuriis sive nothis, sceleratoq; ex coitu natis æqvâ subvenerunt lance in materiâ successionis ab intestato. Nam prognati ex nefario complexu jure Rom. indigni sunt omnis substantiæ paternæ beneficio; nec non alimentis *auth.ex complexu C.de inc.nupt.Nov.89.cap.ult.* Sed qvid dicendum *de jure pontificio?* nonnulli idem esse statutum asserunt *per c.q.*

in

infr. qvi. fil. sint leg. Tr. v. 2. disp. 16. §. 3. in fin: alii limitant in alimenta, *per c. 5. in fin. de eo qui dux. in matr. Suev. l. in. fall.* qvorũ opinio, ut benigior, observatur nostris in consistoriis *Beust. de matr. c. 60.* Editis publicè à meretrice, matris qvidem, (*Conf. tamẽ l. 5. C. ad SC. Orfit.*) qvæ semper certa, ll. nostræ non adimunt successionem, utriq; autem ob incertitudinem *§. pen. J. de nupt.* patris. Qvando suscepti ex concubinâ, succedunt illi qvidem nostro de jure matri, licet legitimi adsint liberi *l. 2. & 8. ff. unde cogn. §. 3. 1. ad SC. orf. l. ult. fin. C. eod.* non verò patri. alimenta tamen ad boni viri arbitrium ex hereditate paterna juste petunt *Nov. 89. c. 12. §. 6. Auth. licet. C. de nat. lib.* Qvid si non extent legitimi liberi aut justa uxor? Resp. successio fit in duas paternæ substantiæ uncias, cum matre partiendas; in bonis verò aliorum ascendentium nihil juris sibi vindicare qveunt *l. ult. in fin. C. de nat. lib. Suev. Ex. just. 10. §. 2.* & hæc jura, tanqvam in ipsorum personis semel radicata, retinent, licet ad provectiorem pervenerint ætatem.

§. *30.* *III. Actus legis,* & qvidem infans qvin possit per subseqvens matrimonium legitimari, in tantũ ut recipiendus sit in collegia, nec ipsi denegandæ literæ natalitiæ das es auß einem rechten Ehebette gebohren *Habn. ad Wes. π. de his qvi sui vel al. jur. n. 2.* in contentionem non venit. Hoc tamen in qvæstione versatur, *an qveat legitimari per rescriptum principis?* Dist. *aut legitimatio facta ab ipso principe,* & salva res, qvippe qvod instar sacrilegii de principis disputare facto *l. 3. C. de crim. sacril. Wurmf. Exer. jur. pub. 1. §. 2:* *aut à comite Palatino,* & nullius erit momenti secundum *Alex. Raud. lib. 1. decis. 36. n. 12.* nisi in specie hoc privilegium comiti concessũ. Est enim regulariter necesse, causam in legitimatione, qvæ vel virtutem, vel artem præsupponit, exprimere, qvæ causa, cum raro cadat in infantem, reqviratq; altiorem indaginem, efficit, ut non præsumamus ejusmodi potestatem comiti palatino esse concessam *Dec. cons. 167. n. 2.* Adoptare qvod neqveat, nullus dubito, esset n. monstrosum *§. minorem 4. de adopt. Vultej. ib. n. 7.*

§. *31.* *IV. Feuda,* de qvibus tene, qvod infanti, cùm nullum recte gerat negotium *l. 5. ff. de R. I.* nec intelligat qvid agit, non permissa sit potestas feuda dandi *Vult. de feud. lib. 1. c. 3. n. 4.* neq; accipiendi *Rüding. meth. feud. lib. 1. c. 8. n. 6. Finck. Ex. feud. 5. § 16.* ac-

cedente etiã tutoris autoritate *Vultej.l.all. c.4. n.6.* ſed tutori tan-tùm incumbit id peragere nomine infantis. Sic nõ poteſt præſta-re juramentum fidelitatis die Lehnspflicht *arg.2.F.26 § ſi min. Vult. l.all. c.7. n 37*; nec renovare feudum, eo qvod intellectus tam in feudi renovatione, qvam conſtitutione, neceſſarius. *Vultej.l.all. c.3. n.3.*

§.32. *V. Sponſalia.* Hæc, ſive ſint de præſenti, ſive de fu-turo *Schn.ad J. de nupt.* non ritè init infans *c.4.c.pen.X.de deſp.imp.* Accedit, qvod nulla ſint ſponſalia ubi non intellectus *l.14.ff. de ſponſ.* qvo deſtitutus infans *§.9. Inſt.de inut.Stip. Vult. ad h. tit. de nupt.* ſed *qvid ſi parentes loco ſuorum liberorum in cunis vagien-tium celebrarint ſponſalia?* ea eſſe nullius momenti niſi fuerint in pubertate approbata jus can. ſtatuit *c.5. de deſp. imp. ibid.pr. in 6. Habn.ad Weſ.π.de ſponſ.n.4.* Qvid *ſi malitia ſuppleat ætatem?* ad-mittunt nonnulli hoc caſu ſponſalia, qvam litem tamen ob in-tellectus & conſenſus defectum in infante, non facio meam *Tr. Vol.2.d.6.θ.4. lit.d.* eluceſcit ex his, qvid ſtatuendum de infantum matrimoniis.

§.33. *VI. Acqviſitio,* de qva ita jura: infans neq; per ſe, neq; autoritate tutoris (fruſtra enim ſuppletur qvod non eſt *Daſ. vid.Rich dec.67.n.18.*) acqvirit qvicqvam, ſed tutor vel pater no-mine infantis tantùm *l.32.§.2.ff.de acqvir.poſſ.l.3.C.eod.l.7.§.1.ff de bon.poſſ. l.un.ff.de bon.poſſ.fur.Gail.lib.2. obſ.131. n.10. conf.Coppen lib.1.obſ.104.n.13.& 14.Tr.Vol.2.d.15.θ.6.& d.21.θ.3.lit.a.* niſi liqvidiſ-ſimi juris ſit, acqviſitionẽ infanti haud eſſe damnoſam, uti in do-natione *l.3.C.de acqvi.poſſ.* De acqvirenda hereditate ſi Qv. mul-tis hæret aqva. diſt. *aut infantes ſunt ſui heredes, aut extranei, priori caſu* ipſo jure exiſtunt tales, nec acqviſitione opus *§.3. J. de her.qvæ ab int.l.11 ff.de lib.& poſth. Gail.l. all.n.6*: Poſteriori verò caſu neq; ipſi ſoli, neq; tutore autore acqvirunt, ſed tutor illorũ nomine tantum agnitamq; hoc modo hereditatem infantes ad alios tranſmittunt *l.18.§.3.C.de jur.del. l.3. C.qvi adm. ad bon.poſſ. Richt. dec.61.n.25.Tr.vol 2.d.13.θ.6.l.c.* Qvamvis autem infans he-reditatem extraneam nondum agnitam haud tranſmittat ad he-redes, reſtitutionem tamen in integrum in eos defert. Qvâ de causâ eam petere poſſunt heredes, ex generali clauſula, *ſi qva alia*

alia justa causa mihi videbitur, impetratâq; illâ, adire hereditatem *Gail. l. obs. n.8.*

§.34. *VII. Obligatio & contractus*, de qvibus nota, qvod infanti non concessa paciscendi potestas *Tr.vol.1.disp.6.§.5. lit.a. Valtej. ad l. de obl.* destituitur siqvidem consensu *§.9.J.de inut. stip. l.12.ff. ad L.Corn. de sicar.* qvem præsupponit pactum *l.1. §.3. ff. de pact.* vel alio modo in contractu se obligandi *Alth. dicaol. l.1. c.34. n.25. v.c.* mutuum accipiendo, mandando, associando, emendo, oppignorando, fidejubendo *Tr.Vol.2.d.28.θ.2.* nec interest an de obligatione civili qvæstio, an de naturali? *Schn. ad 1. tit. de aucth. tut.* Imo neqvit stipulari h.e. alium sibi stipulando obligare (1) *ob l.1. & 70. in fin. ff de V.O. junct. §.10.J. de inut. stip.* (2) qvia pro absente habetur *l.209. ff. de V.S.* cui stipulatio interdicta *l.1. ff de V.O.* (3) qvia stipulatio desiderat verba *l.1. §.7. ff. de O. & A. pr. J. de V.O.* & infans fari neqvit *l.1 ff. de V.O. junct. l.1. §.2. in fin. de adm. tut. Goedd de stipul. Cöpp. lib.2. obs.27. n.4. Tr.Vol.2.d.27.θ.2.* Tutor itaq; nomine infantis debet contrahere, stipulari, sese obligare. Reliqva infantum jura petenda ex subseqventibus, ducto argumento à majori ad minus.

CAPUT TERTIUM.

De Juribus impuberum, pupillorum sive *puerorum*.

§.1. *Impubertas, seu pupillaris status, est secunda ætas, se à septennio ad decimum qvartum in masculis, & ad duodecimum annum completum in fœminis extendens l.ult. C. qvand. tut. vel curat. esse des. pr. J. qvib. mod. tut. fin. junct. c.1. & 2. de del. puer. Carpz. pr. cr. qv.143. n.7. & jur. Eccl. l.2. tit.1. d.12. n.11. Rosb. pr. civ. tit.65 n.7. Farin. pr. cr. qv.92. n.8. con. lib.9. c.4. n.9.* nec obst: annus cœptus in jure instar completi est *l.8. ff. de mun. & bon.* Erroneum etenim id, propositâ in materiâ, ll. ob allegatas, expresse anni ultimi impletionem desiderantes. Hic notandum, qvod tanqvam in transitu, melioris intelligentiæ causâ moneo, jus nostrum civile, in anni impleti computatione pro re natâ variare. Nam interdum spectat initium, sicuti administrandâ in republ. annus 25. cœptus pro pleno putatur *l.8. ff. de mun. & bon;* nonnunqvam ultimum anni

 diem,

diem, uti in habilitate condendi testamentum *l.5.ff. qui test. fac. poss.Con.lib.9.cap.4.n.9*; in usucapione *l.6.& 7.ff.de usuc*; plerumq; supremum momentum, qvemadmodum in restitutione integrum cernimus *l.3.§.minorem.ff.de min.Wes.π.ib.n.3.Tr.hic θ.8.lit.a*; in actionibus temporalibus *l.6.ff. de O. & Act*; in perceptione fructuum b.f. possessoris *l.23.§.1.ff.de A.R.D. vid.Hahn. ad Wes.π, tit.de min.n.3*, erudite hâc de re disserentem.

§. 2. Non silentii peplo involvendum, hodierna ætate prædictam obtinere definitionem in civilibus & favorabilibus v.c. tutelis, contractibus, testamentis, aliisq; negotiis civilibus, *conf.Richt. decis.27.n.28.& seq*; non verò in odiosis & pœnalibus, in qvibus fœminæ, annum 14. nondum egressæ, pro impuberibus habentur *Carpz.pr.cr. l.all. n. 26. & seqv. ac qv 82. n.18.jur.for.p.2. const.11.d.9.n.9.* Suadet hoc (1) ratio sexus & judicii imbecillitas *conf.l.5.§.3. in fin.C.ad L.jul.maj. c.6.pr.de Hom.* (2) *const.crim.Car. art.164. ibi* so der Dieb oder Diebin ihres Alters unter 14 Jahren wehren. Addam & hoc, qvod allata definitio suo non destituatur fundamento de Jur. Sax. in allodialibus; Exulet v. in feudalibus, qvo jure is, qvi annum 13. nec non 6. hebd. complevit, inter puberes numeratur, *Carpz. jur. for. l. all. in fin. ib.* ist zu Land und Weichbild recht/ wann ein Knab 14 Jahr/ und ein Mägdlein 12. Jahr voll hat/ mündig/ aber zu Lehnrecht/ wann er 13. Jahr und 6. Wochen alt ist.

§. 3. Impubertatem divido *in proximiorem infantiæ, & proximiorem pubertati.* Hæc divisio fundata in *§.10.J.de inut.stip. §.pen.J.de furt.l.111.ff.de reg.J. Qvis verò proxumus infantiæ vel pubertati sit dicendus*; id in disceptationem venit, dum hâc de re nil qvicqvam certi in jure statutum? Nonnulli n. eum proximum pubertati asserunt, qvi tantũ semestre spatium ad pubertatem reliqvum habet *arg.l.17.pr.ff.de ex.tut:* Alii illum, qvi intra annum & semestre asseqvitur nubiles annos: Qvidam contendunt, pubertati proximum esse, qvi per tres à pubertate distat dies: Plerimi, eo qvod in dubio media eligenda sit via *arg.§.ult.J. qvib.ex caus.man.l.7.in fin.ut leg. nom.cav.* tempus ab infantiâ ad pubertatem usq;, duas in æqvales secant partes, ita ut proxumus pubertati sit masculus anno 10. cum dimidio completo; fœmina vero

anno

anno nono & dimidio elapso *Conf. Habn. ad Wes. π. tit. de Pact. n.5.* Mihi arridet *Carpz. pr. cr. qv.143. n.32. & seqv. & qv 82. n.5. & seqv.* opinio, qvi talem litis decisionem judicis arbitrio committit, *partim* ob *l.1. § 2 ff de jur. del;* *partim* propter diversa ingenia & temperamenta nationum, qvæ in causâ, ut maturius aliqvando sapiant homines, aliqvando tardius. Unde & est, qvod qvibusdam in locis in ætatis naturalis computo varietur *conf. Farin. pr. cr. qv.92. n.9. & seqv. Tr. Vol.1. d.6. §.5. lit. b. l.23. ff. de furtis l.4. § 26. de dol. exc.*

§.4. Sunt & in atrio hujus capituli ambiguitates vocabulorum notandæ. Etenim vox pupilli, qvæ descendit à puppo i.e. parvo puello *Goedd. ad l.161. ff. de V.S.* dupliciter in jure accipitur: (1) pro eo, qvi cum impubes est, desiit esse in potestate patris *l.239. pr. ff. de V.S. Altb. dicæol. p.116. n.11.* (2) illum denotat, qvi minor pubertate *l.141. §.2. ff. de V.O. l.4. C. de necess. serv.* utraq; significatio est hujus loci. Sic & vox pueri ambigua. Nam (1) infans nomine pueri venit *l.41. §.4 ff. de leg.3. c.25. de sponsal.* (2) is, qvi major infante *c.2 pr. de ætat. & qval. caus.22. qv.5. c.15. c.1. & 2. X. de delict. puer.* ultimam arripio, eo qvod & in lingvâ vernacula existat differentia inter vocab. Kind & Knabe *Vid. Vult. ad J. tit. de nupt. pr.* occurrunt hic.

I. Dignitates.

§.5. Canonicatus ecclesiæ cathedralis præ sese fert dignitatem *c.11. pr. de rescript. in 6.* ad hanc neqveunt aspirare impuberes. In beneficiis enim ecclesiasticis ii reputantur idonei, qvi Ecclesiæ servitia præstare qveunt, *c.35. de preb.* qvive eas regere, qvod ademptum pupillis, dum non noverunt gubernare se ipsos *c.3. de ætat. & qval.* sic non possunt promoveri ad subdiaconatum, diaconatum, nec non presbyteratum *clem. ult. de æt. & qval.* &, ut paucis tradam bolis, ad nullos ordines majores *caus.1. qv.1. c.120. vid. dist.77. c.1.2.5.* Ad minores v. scil. ostiarium, & Lectoratum aditus illis patescere videtur, qvemadmodum & post septennium rectè primam recipiunt tonsuram *arg. c. fin. de temp. ord. in 6.*

§.6. Notarii principis (loqvor cum *Boer. decis. 224. n.5.*) qvi nostra ætate secretarii appellantur, dignitate splendent *Perez. ad C. lib.12. tit.7. n.2.* Qvam ad dignitatem, sicuti nec ad alios hono-

res

res politicos, etiamsi hominum adsit penuria, non admittendus pupillus, nisi princeps ob parentis bene merita gratiam referat. Qvo in casu è re erit, alii pupilli demandare vices, usq; dum ingenium maturitatem assecutum. Reliqvos qvod spectat notarios, licet ii dignitate careant *l.18.ff.de adopt.l.2.ff.rem pup salv.* *C.de decur;* tamen qvia in his personis, qvæ scriptura sua & subscriptione rebus dant formam publicamq; autoritatem, magna reqviratur fidelitas, veritas, nec non explorata diligentia, ideo rectè ab hoc munere removemus pupillos. gradum facio.

II. Ad Judicialia.

§.7. Qvod agere, qvod conveniri qveat pupillus, tutore autore, caret controversiâ *l.2. C. qvi leg.pers.stand.l.11. C.de proc. junct.l.11. C.qvi dar.tut.l.4. C.si adv. rem jud. Gail. lib.2. obs.108.* *Rosb.pr.civ.tit.11.n.9.* Hic saltem indaginis est, *an permissum ipsi instituere actionem sine tutore? N.Rotsch.lib.1.art.4.n.1.& 2.* in Exceptione tamen sunt 1. momentanea possessio *l.ult. C.qvi leg.pers. stand.in jud:* 2. interdictum de libero homine exhibendo *l.3.§.11.ff. de lib.hom.exh:* 3. actio popularis, si res ad ipsum spectat *l.6.ff. de pop.act:* 4. actio ex *l.16.ff.de jur.fisci:* 5. si petatur bon.poss. *l.7. C.qvi adm.ad bon.poss:* 6 petitio alimentorum *l.1.C.de alim. pup. Ilm pr. jur. disp.1. n.21.* Qvid dicendum *de actione rem pupilli salvam fore?* *R.Cöpp.lib.1.obs.66.n.19.* competit ea qvidem pupillo *l.11.ff.rem pup. sal.* instituenda tamē finita demum tutela *l.4.§.4.ff.eod.tit.l.16.pr. ff.de tut.& rat.dist.* Multo minus, si scil. & agnati desint, actione pulsari potest pupillus deficiente tutore *l.1. C. qvi leg.pers.stand.* imo, si administratio tutelæ nondum decreta tutori per judicem, processum ex nullitatis capite posse impugnari *Myns. cent.2. obs. 37.* memoriæ prodidit.

§.8. Actio, germ. Klage; & accusatio, germ. Anklage, toto differunt cœlo. Qvæstionis exinde est, *an pupillo via accusationis pateat? N.in c.14.caus.2.qv.1.l.8.ff.de accus.* fortassis propter intellectus carentiam *Carpz.pr.crim qv.104.n.25.* Qvod si tamen suam suorumq; injuriam proseqvatur impubes, autoritate tutoris eum ab accusatione non esse repellendum, autor est *Rosb.pr. cr. tit.1.c.7.n.7.per l.2.§.1.l.11.pr.ff.de accus.l.3.§.11.ff.de lib.hom.exhib.*

Qvid

Qvid sentiendum *de actione populari?* removetur ab ea, nisi res ad eum pertineat *l.6.ff.de pop. act.*

§.9. Multum interest litigantium, si sibi eligant advocatum sive procuratorem cui in jure non curta suppellex. Unde in litis primordio nunqvam non partes soliciti litigantes, fideli de procuratore sive advocato. Hos sibi constituere neqvit pupillus *Carpz.pr.jur. tit.5.art.5.n.43 Um.pr.jur. disp.3.n.12.* Nam(1)impuberi haud competit legitima persona standi in judicio, qvi E.alii, qvod necessũ, N. G. *O.tit.7.pr.* in suâ causâ, suas demandet vices? sic & (2) sine tutore se obligare neqvit *pr.J.de aut. tut*; at mandatum procuratorium præsupponit obligationem ob rati cautionem, qvæ ei inferenda *Carpz.pr.jur tit.5.art.1.n.77.* Ante acceptum igitur judicium cum tutoris autoritate vel nominandus procurator *l.11. C. de proc,* vel à tutore tantùm actor *Mynf. cent.2.obs.38.* Ex his etiam fluit principiis, impuberem aliena in causâ non posse esse procuratorem *Um.pr.jur. disp.3. n.16.* sive advocatum. Qvod si tamen de facto dederit procuratorem litis, & pro eo fuerit pronunciatum, datio in ætatis favorem habebitur rata. *Tr. V.1. d.9. θ.4. l.b.*

§. 10. Principium & fundamentum judicii citatio est. Omissâ etenim eâ, totus corruit processus. Taceo alios citationis effectus, de qvibus adi *Gail. lib.1. obs.48. Carpz. lib.3.resp.22. Mynf. cent.6.obs.6.cent.2. obs.91.* Hæc dirigenda ad pupillos,(diss. nonnulli per *l.22.ff.de in jus voc.*)&, si plures sint, ad singulos nominatim *Carpz.pr.jur. tit.7. art.2. n.17.* ut compareant nimirum per tutores, tanqvam legitimos responsales, *l.1.§.2.ff.de adm.tut. Rosb.pr.civ.tit.22.n.7.* vel, iis deficientibus, per agnatos nec non amicos, ut aut defendant eum, aut curatorem dari curent *Rosb. pr. civ. tit.11. n.10.* ne judicium reddatur nullum *l.54. ff. de re jud.* Ultimo casu judex minime committit errorem, si constituit impuberi alium tutorem, vel citat, ut sibi petat talem *arg. l.1. C. qvi pet. tut. l.3. §.2. ff. de tut. Um. l.infr.all. Mynf.cent.2. obs.31.* Notari tamen hic velim, qvod nostra tempestate, qvia pupilli in negotiis comperti negligentiores, plerumq; eorum citentur tutores *l.5. § 1.ff.qvib.ex caus.in poss.* ipsisq;, non verò pupillis, insinuetur citatio. Nam si dominus litis, qvi legitimam personam standi in

judicio habet. in ius vocatur, salva res est. Sed tutor est loco domini *l.27.ff.de adm.tut.l.56.§.4.ff.de furt. Umm.pr.jur. disp.5.n.40.* E. Et hic processus etiam obtinuit, teste *Carpz.l.all.* in curia Lips. *Conf. Umm. Rosb. l. all.*

§.11. Est itaq; liberi arbitrii judicis, an citare velit tutorem, an pupillum, ut compareat per tutorem, modo sit competens *Wes.π de jur.n.1.* Cum autem præcipua judicis competentis causa sit domicilium, *Carpz.pr.jur.tit.3. art.1.* ideo nata Qv. *si pupillus permanserit apud aviam tutricem, an præsumendum eum ibi voluisse constituere domicilium?* qvod N. *Masc.de prob.vol.1.concl. 534.n.15.per l.29.ff.ad mun.*

§.12. Extat Dd.axioma, *prima instantia regulariter nemini adimenda Carpz.pr.jur.tit.3.art.4.n.71.* Hoc parum habet firmamenti in pupillis, patre vel avo orbatis *Um.pr.jur.disp.4.n.59.* Etenim impuberes, ob privilegium singulariter ipsis concessum, adversarium suum statim coram principe possunt convenire *l. un.in fin. C.qvand.imp.pup.Rosb.pr.civ.tit.3.n.14. Tr. Vol.1. disp.3.n.10. lit.f.* Nec interest, *an lite pendente qvalitas personæ mutata sit, & pupillus factus major?* beneficia enim principis latissime interpretamur: *an pupillus dives?* dum generalis sit text. locutio. Erudite *Um. l all.* tanto magis divitibus pupillis hoc succurrendum privilegio, qvanto majoribus periculis suppositi sint ipsi. Usu enim edocemur, plurimis molestiis affici illos pupillos, qui domi habent qvod edant, qvam qvi ostiatim victum qværere solent. Sic nec interest, *an judicium coram ordinario judice, vel secundâ instantiâ cœptum?* nam & in hoc processu potentia adversarii plurimum potest facessere *Tr.l.all: an oppressionem metuere necesse habeat, nec ne?* sufficit eum opprimi posse *Carpz. l. all.* *num tutor ipsi sit, num ne?* ob rat.modo all. *Um.l.all. Covar. tom.2. pag.364.n.2. an renunciaverit huic privilegio? Gail. l.inf.all.* Et hæc in statuum territoriis, nec non Galliis & Hispaniis *Carpz.pr. jur.tit.3.art.6.n.1.& seqv.* veritati consentanea. Nam Camera Imp. omisso principe vel statu imperii, pupillo non decernit processum, nisi in causâ denegatæ vel protractæ justitiæ *Gail. lib.1. obs. n.40.Rosb.Carpz.l.all.diss.vid.Tr. l.all.* Qvod si ab aliis conveniantur, hoc privilegii ipsis indultum, ne extra suam provinciam

in

in judicium vocari possint *Um.l.all.* Prædicta omnia cessant, si pupilli actione pulsant pupillos, qvia privilegiatus non utitur suo privilegio contra privilegiatum *Um.l.all. Cov.tom. 2.pag.368. n.4.* Ubi eleganter hanc materiam tractat. Sic & in causis feudalibus hoc non admittit *Tr. l all.*

§.13. Nostro in foro si actor vel ante vel post litis conrestationem contumax, reus, præcedente petitione, ab instantia absolvitur, nec actor ulterius admittitur, nisi refuderit expensas, præstiteritq; cautionem de lite proseqvenda. Sin verò reus, condemnatur is initio ut plurimum ad legitima usq; impedimenta bis uff Ehehafft, & postea ad executionem uff die Hülffe *Carpz. jur for.p.1.const.9. per tot.* Ab his omnibus pœnis, pupillus indefensus liber est, qvippe qvod nunqvam constituatur in contumacia *Coler. pro.l.xec.p.2. c.3. n.377.*

§.14. Tutor nomine pupilli, modo non nomine saltem administret, uti honorarius, sed re ipsa, *Um.pr.jur. disp.14.n.10.* omnibus aliis probationibus deficientibus, recte defert jusjurandum, tam in judicio, qvam extra illud *Um.l.all.per l.35.pr.ff.de jurej.* & qvia alienare valet, *l.17.§.2.ff. eod.* resq; pupilli judicialiter tractare, nec non administrare, *vid.§.7. cap.pr.Carpz.decis.37.n.1.* Sed *num pupillus ?* Qv.decidenda distinctione: nimirum sine tutoris autoritate, licet sit pubertati proximus, neqvit, *l 17.§.1.ff. de jurej.junct. l.ult ff.de jur.& fact.ig. l.32.ff.de jurej.Tr.vol.1.d.21.θ.7.* Tutore vero interveniente, sicuti omnia alia *l.5.de R.I. Um.pr.jur. disp.1.θ.20.* ita & hoc rite peragit, *Carpz.l.all.Gilb cap.6.p.6.n.4. & seqv.* Hinc si priori casu ab adversario juratum, hoc ipsi nil qvicqvam pariet detrimenti, *arg.l.4. C. de reb. cred.* qvoniam jurisjurandi exceptio per replicationem potest elidi, *Um pr.jur. d.14. n.7.* ubi & tractat qv. *an pupillus hoc in passu ipso jure tutus sit, an ope exceptionis ?* & concludit ope exceptionis. Sed qvis posteriori casu *jurabit de calumnia ?* R cum *Carpz.l.all.*tutor. Nam qvi principalis persona, ei injungenda juramenti præstatio R.G.O. *tit.18.in fin;* atqvi tutor in calumniæ juramento est principalis persona, qvippe qvod in illo jurandum facto de proprio, puta, litem non esse frivole motam, nilq; calumniæ aut litis differendæ gratiâ esse propositum aut postulatum, sed tantummodo id

qvod ad juris sibi jamjam incumbentis tuendi necessitatem idoneum *l.1. C. de jurej. propt. calum.* E. Qvid qvod alias juramenti delatio, legibus permissa tutori, esset frustranea contra leges, qvæ actus detestantur frustraneos *l.14. §.1. ff. ut legat. l.3. pr. ff. de jurej.* Prætereo prædictam facere opinionem ad abbreviandas lites, cedere in pupilli favorem, legibusq; esse consentaneam, qvæ ab iis juramentum exigunt calumniæ, qvi istud detulerunt *l.34. §.4 ff. de jurej. l.9. C. de reb. cred.* N. G. O. *tit. 8.* § nach dem *Const. Aug. 12. p. 1 § fin.* qvalis persona non pupillus, sed tutor. Neqvaqvam itaq; impuberi, *l.2. §.2. C. de jurej. propt. cal.* qvi haud intelligit causam *l.5. ff. de R.I. l.8. ff. de acq. her.* hoc injungendum, aut differendus actus usq; dum pupillus pervenerit ad pubertatem, uti in litis juramento, qvod à calumniæ jurejurando toto distat cœlo. *At, qvid juris, si referatur?* tutoris erit, dum deferendo juramentum lubens hanc duram in sese susceperit provinciam, jurare *arg. l.37. ff. de jurej. l.7. §.1. ff. qvi satisd. cog.* In favorem enim pupilli, ne litis procrastinatione damno afficiatur, recedimus à regulis juris *l.9. in fin. ff. de acqvi. hered.*

§.15. Hic enucleandæ tres confines Qv. qvarum *(1) an pupillo possit deferri juramentum?* Aff. *Carpz. pr. jur. tit 11. art. 2. n.19. & lib.3. resp. 61. per l.26. in fin. pr. ff. de jurej. l.4. in fin. pr. ff. de in lit. jur.* modo deferens præstet juramentum malitiæ, daß er nicht gefehrlicher weise / noch zum Verzug der Sache den Unmündigen den Eid deferiret, qvod eum postea, si pupillus pubes factus velit jurare, immunem reddit à calumniæ juramento. Neq; mutat *l.34. §.2. ff. de jurej.* accipienda enim ea est cum effectu, scil. pupillo deferri juramentum neqvit ad hoc, ut pupillari in ætate jurare cogatur, vel juramentum referre, *Carpz. in Resp. l. all. (2) an pupillus, delatum ita juramentum qveat præstare?* Resp. si volenti animo eam in sese susceperit præstationem affirm. partim per *l.26. in pr. ff. de jurej;* partim qvia in impuberis persona nulla deceptio, (sciens enim is fallere non præsumitur, si de causa non aliena, sed propria præstet juramentum) proindeq; nullum metuendum perjurium. Negando verò, si juramenti præstationem detrectet *per l.34. §.2. ff. de jurej. junct. l.4. ff de in lit. jur.* Nec tutor ultimo casu, præprimis de jur. Sax. *vid.* N. G. O. *tit. 18. § ult.* obstrictus ad supplen-

supplendas pupilli vices *Carpz. pr. jur. tit. 11. art. 2. n 38.* nisi cum pupillo concurrant majorennes, tunc enim in pupilli favorem, propter qvem non raro secessum facimus à regulis juris *l. 9. ff. de acqvi. her.* admittendus ad credulitatis juramentum *Carpz. l. all.* Sed *qvid tandem?* R. cum *Carpz. l. all. n. 14.* juramenti præstatio differenda, donec pubes factus fuerit, & ut tunc demum vel saltem de credulitate juret, vel referat juramentum *Carpz. jur. for. p. 1. c. 24. d. 11. & 12.* decisio fundata in *l. 3. §. 5. ff. de Carb. ed. Richt. de R. I. reg. 11. n. 23.* Non obst. qvæ in in §. 19. hujus capit. referuntur. Aliud enim est juramentum decisorium testimoniale, aliud juramentum litis decisorium judiciale. Illud præstetur de causâ alienâ, in qvâ ignorantia præsumitur; hoc de causa propria, in qvâ scientia. Illud judex imponit ad partis instantiam, & ut plurimum reclamante altera parte, unde in judiciis tot de attestationibus disputationes; Hoc, pars animo volenti defert parti in judicio, qvæ, si præstitutum ob juramentum delatum causa cadit, sibi imputare debet, qvod detulerit juramentum. Nulla itaq; conseqventia, pupillus dicendo in testimonio non potest præstare juramentum, E. nec in judicio, si sibi delatum iusjurandum. Nam non ab omni juramento removendus pupillus, uti patescit ex *l fin. §. fin. ff. de lib. caus. c 1. de del. puer. (3) an pupillus possit jurare in litem?* Nego, sive qv. de juramento in litem affectionis, sive veritatis per *l. 4. pr. ff. de jurej. in lit. Habn. ad Wes. π. ib. n. 4.* Tutores tamen eorum volenti animo admittuntur, qvanqvam non possint cogi. *Tr. V. 1. d. 21. o. 11. lit. f.*

§. 16. De litis reassumptione altum in jure civili qvidem silentium, qvippe qvod heredes, adeundo hereditatem, ipso jure efficiantur domini litis *l. 23. pr. ff. de acqvi. poss. Carpz. pr. jur. tit. 6. art. 4. n. 1. & seqv.* jure Sax. tamen longa consuetudine ea inveterata P. O. *O tit. 17 junct. Mand. Joh. Georg. I.* wegen *reass.* Ad hanc, *an pupillus factus major sit obstrictus*, disceptatur? N. *Carpz. l. all. n. 45. & 46.* Etenim, qvando non mutata persona, nec necessaria est litis reassumptio: atqvi pupillo majore facto non mutata persona, dum ea semper fuerit in lita, & tutor saltem ejus gesserit negotia in judicio. E.

§. 17. De confessione judiciali verba feci *§. 9. cap. prec.*

verum cum ea respiciant ad infantum jura, ideo impuberum hic attingenda. Cardo totius rei vertitur in distinctione. Vel enim confessio judicialis à pupillo facta est sine tutoris autoritate, vel cum ea. Priori casu nullius momenti est confessio, (1) *per l.6.§. pen.ff.de conf.junct.l.4. C.de aut.præst:* (2) qvod præsupponat obligationem, ad qvam adstringere se neqvit impubes, tutore non interveniente *tot.t.ff. de auth. tut. Rosb. pr. civ. tit.65.n.7:* (3) qvia confessio ipsi posset præjudicium creare, à qvo pupillus ipso jure tutus *caus.22.qv.5. c.14. Masc. de prob. concl.371.n.1:* (4) qvia absq; tutoris autoritate in judicio stare neqvit *Um.pr.jur.disp.13.n.41.* Posteriori casu habet ea in sese qvidem aliqvid roboris, facilime tamen eliditur per restitutionem in integrum, qvo beneficio hoc in passu impuberi succurrunt jura *Habn. ad Wes. tr. de conf.n.3. Rosb. l.all. l.6.ff.de conf.in fin.* Idem sentiendum de iis casibus, in qvibus legitimam personam habet standi in judicio *Um.l.all.*

§.18. A testimonio dicendo, qvod freqvens in judiciis, recte repelluntur pupilli in causa criminali *l.3.§.5.l.19. & 20.ff.de test.c.3. vers. lege jul.caus.4. qv.2. & 3.crimine Læsæ majestatis excepto l.10.§.1. ff.de qvæst. l.4.C. ad L.Jul.Maj. Um. pr.jur. disp.16.n.5. Masc. concl.462.n.4.Far.pr. crim.qv.58.n.1.& 9. Gilb.arb.jud.cr.c.6. p.2.n.4.* in qvo & torqveri possunt; nec non, secundum *Masc. conf.1246.* eo, qvod ex SC.Syllaniano, si dominus à familia occisus esse dicatur, descendit. Sunt nonnulli, putantes pupillorum testimonia in causis criminalibus indicium facere, qvi refutantur ab: *Um. l. all.* eo qvod nullus testis interrogatus & examinatus sufficiens sit indicia ad proferenda, qvi ut talis ab examinatione excluditur, nec non à depositionis limine repellitur. Qvam ob causam & inqvisito contra pupillorum testimonia exceptionem competere posteris prodidit *Gil.arb.jud.cr.c.6.p.1.n.4.* Ego ad conciliandas Dd. opiniones dist. cum *Far.l.all.n.48.Masc. d.l.n.5.& seq.* inter indicium generale sive semiplenum, qvod facit ad judicis instructionem & ulteriorem inqvisitionem; & inter indicium speciale sive plenum, qvod sufficiens ad torqvendum, nec non puniendum. Generale indicium pupillus proximus pubertati & doli capax testimonio suo producit, præprimis si veritas aliter haberi neqveat, judicisq; sit, deficiente teste idoneo,

neo, pupillum in subsidium examinare, *Far. Masc. l.all. Hahn. ad Wes. π. de test. n.3.* speciale verò neutiqvam.

§.19. In causis civilibus idem constitutum *Perez. ad C. l.4. tit. 20. n.2. Um. l. all.* tota siqvidem depositionis substantia testium consistit in juramento *l.9. pr. C. de test. c.5. & 47. §. testes de test;* qvod impuberes præstare neqveunt *c.14. & 15. caus. 22. qv.5.* Accedit qvod judicio careant *l.12. §.2. ff. de jud;* qvod, qvid vident, ignorant *l.1. C.d. fals. mon. Pruck. vol.1. cons.10. n.96. Carpz. jur. for. p.3. const.4. d.6. n.1;* qvod nihil discernere, vel recte scire qveant *l.8. in fin. & seqv. ff. de acq. her. l. ult. ff. de jur. & fact. ign.* qvæ singula necessaria in testimonio, nec non in juramento. *Conf. c.1. de del. puer. Carpz. pr. jur. tit.13 art.5. n 112. Gilh. arb. jud. civ. cap.6. p.2. n.82.* Puberes tamen facti, recte de iis (probationes enim non angustandæ, sed ampliandæ) juramentum præstent credulitatis, qvæ pupillaris ætatis tempore cadere potuerunt in eorum sensum & intellectum *Tr. Vol.2. d.5 θ.8. lit.a.* qvo facto, indicium saltem ex hoc descendit testimonio *Masc. de prob. concl.1246. n.11.* Sed *qvid sentiendum de his, qvæ viderint in infantia? Masc. l. all.* ejusmodi admittit testimonium, si notitia potuerit cadere in infantem; viceversa *Carpz. l. all. Umm. d. l.* id reprobant, qvorum sententia verior. Omnia fallunt, si major ad habendam veritatem ætas, uti in testamento, in teste expresse à ll. reqviritur *Masc. d. l. all. n.12.*

§.20. Qvi non instructus mandato, nomine alieno vanam interponit appellationem, nisi re adhuc integra Domini accesserit ratihabitio *Carpz. pr. jur. tit.17. art.2. n.18. & seqv.* qvæ mandati vicem supplet *Carpz. jur. for. p.1. const.19. def.6.* Si pupillum concernat causa, sentiendum aliter, eo qvod res in vado nihilominus, qvanqvam absq; mandato interposita sit appellatio *Bred. de app. p.1. pag.119.*

§.21. Sententia in privatorum causis lata, ob reperta noviter instrumenta rescindi neqvit *l.35. ff. de re jud. l.4. C. eod.* Verum enimvero, cum prædicta non obtineat assertio in sententia contra rempubl. lata, ideo & non immerito ea erit erronea in pupillo nec non infante, qvi reipublicæ æqviparantur *l.4. C. qvib. ex caus. major. Um. pr. jur. disp.19. n.58. Mynf. cent.4. obs.60. n.8.*

§.22. Executio regulariter (si enim ex dolo vel culpa tutorum

eorum agatur *l.13. §.7.ff.de act. empt.* aut si sese obligarint pro pupillis, res aliter decidenda) instituenda contra pupillum *l.2.ff.de adm.tut.l.4.§.1.ff.de re jud.* non contra tutorem, tùm qvòd officium suum nemini debeat esse damnosum *l.7.ff. qvemadm. test. aper.l.61.§.5.ff.de furt.* tùm qvod vana sit executio, facta in ejus bonis, cujus nomine haud fuit contractum *Carpz.pr.jur.tit.25. art.1.n.36.* Qvâ de causâ nata Qv. *si tutor, sententiâ nondum publicatâ, diem obiisset supremum, annum sententiæ publicatio differenda usq; dum alius fuerit substitutus?* Aff. *Carpz.p.1.dec.44.conf.pr.jur. tit.16.art.4 n.33.* partim qvòd citatio ad sententiæ publicationem necessaria *clem.sæpe in fin.vers.sententiam de V.S.* pupillusq; tutore destitutus neqveat citari, ob ademptam potestatem standi in judicio *l.2.C.qvi leg.pers.stand:* partim qvia relinqvatur hoc modo indefensus, eo qvod sententia, damnum pupillo inferens, interpositam per leuterationem vel appellationem à rei judicatæ effectu posset suspendi; & contra pupillum indefensum sententia lata sit ipso jure nulla *l.54.l.45.§.2.ff.de re jud.* Qvam ob causam, peracta executione, creditor qvi sine titulo tanqvam prædo possidet, ad eorum restitutionem impuberi est obligatus *Carpz. pr.jur.tit.25.art.1.n.32. & seqv.* Sed qvid juris *qvando sententia publicata utilis sit pupillo?* R. processus in vitium nullitatis haud incurrit; tùm *ob l.14.C.de proc.* tùm qvod ea, qvæ sancita in pupilli favorem, non debeant torqveri in ejus odium; tum qvod pupillus (in infante fallit) in actibus favorem ejus concernentibus habeat legitimam personam standi in judicio *Mynf.cent.2. obs.36.*

§.23. Missio in bonorum possessionem contra debitorem latitantem aut contumacem fit vel ex primo decreto, rei custodiendæ causa; vel ex secundo, ut bona possideantur & vendantur *Tr. vol.2. disp.24. an contra pupillum indefensum perveniri qveat ad primum decretum qv?* & Affir. *Col.pr.ex.part.2. cap.3.n.404.* qvia id datur contra debitorem non judicatum *Tr.vol.2 disp.1.§.3. l.d.*

§.24. Familiaris in judiciis Urpheda, qvam præstant præprimis rei, qvi vel carceribus relaxantur, vel condemnentur, de non vindicando carcere jure vel facto, ut & se velle parere sententiæ *Wehn.obs.pr.verb.* Urpfede. Ab hâc, si forte fortuna talis emergeat casus, impubes exemptus *l.34. §.2.ff. de jurej. Carpz pr. crim.qv.143. n.39.*

§.25.Com-

§. 25. Compromittimus qvidem ritè extra judicium. Sed & compromissio qvam sæpissime fit in judicio, judicisq; est eam partibus suadere. N. G. O. tit.1. Hinc non insulsè superioribus subnecto, *an pupillus qveat inire compromissum?* R. Aff. si tutoris accesserit autoritas: si vero non, cessat qvidem obligatio civilis, subest tamen naturalis, qvæ efficaciter fidejussorem in compromisso intercedentem adstringit *l.35. l.27. §.5. ff. de recept. Tr. vol.1. disp.12. th.6. l.b. Gilh. arb. jud. civ. c.1. p.3. §.2. n.4.*

§. 26. Arbitri compromissarii, germ. willkührliche schiedes Richter/judices sunt extraordinarii sive irregulares, qvorum sententia vocatur laudum, *Carpz. pr. jur. tit. 2. art. 3. §. 3.* Dum itaq; jura pupillorum in judicialibus perlustro, judexq; actor nec non reus constituant judicium *Wes. π. de jud. n.9.* non male totum claudo agmen seqv. Qv. *num pupillus possit esse arbiter?* N. Gilh. *l. all. §.4. n.10. Struv.* idq; neq; sine, neq; cum tutoris autoritate *l.9. §.1. ff. de recept.* jam in considerationem veniunt.

III. Delicta.

§. 27. Hic repeto distinct. cap.2. §.11. traditam. Priori casu præprimis occurrit *Stupratio*, eo qvod defensionem pudicitiæ impuberum puellarum, qvam maxime in sese suscipiant jura. Hæc si vi facta, vel etiam absq; ea à tutore perpetrata, in sontes gladio jus animadvertit Sax. cessante vero ea, fustigatione cum perpetua relegatione *Const. A.32. p.4. Carpz. pr. cr. qv.69. n.39. Berl. p.5. concl.42.* ubi hanc materiam late tractat, traditq; qvid obtineat de jure civ.

§. 28. Pupillos delinqventes qvod attinet, adest canon, *impuberes, qvod agunt, non intelligunt*, ex *l. fin. ff. de jur. & fact. ign.* desumptus. Qvâ de causâ eos, perinde sicuti infantes, ab omni ferme pœnâ esse immunes, qvidam statuere haud erubescunt *vid. §.18. J. de furt.* Qvorum opinio & veritati consentanea in pupillis infantiam modo egressis *§ 9. J. de inut. stip;* in qvibus nec doli capacitas, si appareat, operatur qvicqvam, *Gilb. arb. jud. crim. cap.5. p.287. n.57. Far. pr. cr. qv.92. n.58.* in impuberibus pubertati proximis, sentiendum aliter. Hi enim doli capaces *l.14. in fin. ff. de SC. Syll.* rectè subjiciuntur pœnis *l.7. C. de pœn. const. crim. Car. art. 164.*

vid. Sandr. *lib.2.Art.65.Farin.l.all.n.62.* Verum cum ætas excusationem mereatur *l.1.§.32.ff. de SC.Sillan.* & appareat, ob judicii imbecillitatem in impubere minor, qvam in majore, perversitas, sitq; in iis spes redeundi, veniente maturiore ætate, ad meliorem frugem, ideo mitior eos manet sententia *c.1 in fin.c.2. in med. de delict. puer. l.37. §.1. ver. in delictis l.9.§.2 ff.de min. l.6.pr.ff.ad L. Jul.pec. l.16.§.3.in fin.ff.de pœn. Gil. l.all Carpz.pr.crim. qv.143. n.11. Boer. decis.254. n.20.* h.e. subjacent pœnæ non ordinariæ, sed arbitrariæ, qvæ plerumq; vel carcer, vel relegatio, vel, si malitia inexcusabilis, fustigatio. Nam, secundum *Gail.lib.2. obs.110.n.33.* pupillus ex delicto, qvantumvis gravi, non afficiendus pœna mortis, vel mutilatione membri. Unde, referente *Carpz. l.all. n.45.* puero 11. ann. ob stuprum violenter commissum; & reo sacrilegii impuberi, pœna fustigationis dictitata. Qvod si tamen impubes ann. pene impleverit 14. delictumq; commiserit atrocissimum, aut reiteraverit, nec correctio aliqva in eo speranda, à pœna mortis eum haud eximo, *per const.Car.cr.art.164. & l.14 ff.de SC. Syllan.* qvæ ob generalitatem, generaliter etiam interpretanda *l.1.§.1. de leg.præst.* Sicuti & Scab. Lips. pupillo & pupillæ, qvæ incendium commiserant, incendii dictitarunt pœnam, ignem.

§.29. Nunc à thesi ad hypothesin. Pupillus doli capax, committens homicidium, non decapitandus, sed mitius puniendus *Gail.lib.2.ob.110.n.32. Mynf.cent.2. obs.54.* Pupillus obœdiendo suo tutori delinqvens, in levibus excusandus in totum, in atrocioribus verò pœna plectendus mitiori *l.157.de R.I.Far.pr.cr. qv.97.n.152.Gilb.arb.jud. crim. p.291. n.191.* Pupillus sepulturam violans, *Decian.Tr.crim.* invadens possessionem, *Menoch.recup. poss.rem.9. n.46;* Producens falsum instrumentum *Far.pr.cr.qv. 159.n.21.* falsumq; testimonium *qv.135.n.40;* incurrens crimen falsi *qv.150.n.105.* non ordinario modo, sed extra ordinem, supplicio afficiendus. Pupillus infantiæ prox. in furti crimen haud cadit, *§.18.J.de obl.qvæ ex del.junct.§.9 .J.de inut.stip.* utiq; autē si pubertati *l.23.ff.de furt.l.111.ff.de R. I.* animadvertendum tamen in eum pœna mitiori *Gilb.arb.jud crim.cap.7.tit 27.n.39.* v.c. verberibus, nisi furtum fuerit magnum, aliæq; accedant circumstantiæ, sufficientes ad dictitandum patibulum *const.crim.Car.art.164.Berl.p. 5.concl.*

5. concl.44 n.34.35.& 36. Pupillus in delictis carnis excusandus in totum *Far. qu.92.n.80.* qvamvis ea confiteatur (confessio enim contra naturam, est irrita *l.13 pr. & 14. §.1.ff. de interrog.*) *Masc. de prob. concl 64. n.14.* proindeq; adulterii, vel incestus regulariter accusari neqvit *Gilb. l. all. cap.2. tit.18.n.9.* nisi per contrarium factum appareat aliud, qvo casu pœna mitiganda *l.38. §.4.ff. ad L. Jul. de adult. l.4 C. de inc. nupt. Gail. lib.2. ob.110. n.33.* Et hæc de delictis in committendo versantibus. Qvod si in omittendo consistant, dolusq; absit, nil qvicqvam metuere necesse habet puer *Far. qv.92.n.72.* Non prætermittam, si feram irritaverit bestiam pupillus, eum L. Aqvilia teneri *Habn. ad Wes. π si qvadr. n.4.*

§.30. *De pupilli torturâ qvid statuendum* in disceptationem venit? *R. Perez. ad C. lib.9. tit 41.n.32.* sive sit causa propria, sive aliena (vid. tamen §.18. hic) exemptus à tortura *l.15. §.1.ff. de qvæst. l.1. §.33.ff. ad SC. Syll.* nisi controversia de qvæstione moderatâ, vel de terrore. Ferulis tamen cedi possunt, sie können an stadt der Tortur mit Ruthen gestrichen werden. Attingenda.

IV. Extrajudicialia.

§.31. In extrajudicialibus adest latissimus dicendi campus ob jura singulariter de pupillis constituta. Nam impuberi ad plenam usq; pubertatem adempta potestas testandi *§.1. J. qvib. non est perm. fac. l.5. ff. qvi test. fac. l.4. C. eod. Perez. hic. n.1. Richt. decis.27. n.28.* Est in eo nullum judicium *d §.1. l. fin. C. de mil. test. §. 9. J. de inut. stip. l. fin. ff. de jur. & fact.* qvî E. condat testamentum, qvod testatoris voluntas *l.1. ff. qvi test. fac;* mens *pr. J. de test;* nec non deniq; judicium *l.5. ff. test. qvem. ap.* In sententia maneo, licet privilegia militum ipsi concessa *l. fin. C. de mil. test:* licet malitia suppleat ætatem h.e. sit valde negotiosus, cum leges certum desiderant annorum numerum, istumq; nullo, sicuti in matrimonio, limitant modo *Perez. ad Cod. lib.6. tit.22. n.2:* licet tutoris accesserit autoritas, dum testamenta non debeant dependere ex alterius voluntate *l.1. §.1. de tut. & rat:* licet piam respiciat causam: licet pubes factus ultimum suum approbârit elogium coram qvinqve testibus; fuit enim ab initio nullum *Perez. l. all.* Parata tamen impuberi qvodammodo medicina in substitutione pupil-

lari aut vulgari, de qvibus latisſimè agitur in ꝟ. Sic & ſi adeſt ſtatutum, jubens impuberis ſagacis teſtamentum valere, pro firmo iſtud habendum, *Tr. vol. 1 diſp. 10. θ. 3. lit. a.* multo minus pupillus tanqvam teſtis in teſtamento admittendus §. *6. J. de teſt. Um. pr. jur. diſp. 16. n. 5.* qvanqvam res piam concernat cauſam. Rationes facili negotio petuntur ex anteced. conf. *Tr. l. all. θ. 4.*

§. 32. Pupillus interveniente tutoris autoritate rectè adit hereditatem *l. 5. C. de jur. del. Maſc. de prob. concl. 804. n. 19.* Non vero ea deficiente, etiamſi lucroſa initio apparuerit, ob onerum hereditariorum litiumq; incommoditates, qvæ nunqvam non ingentia inferre ſolent damna *l. 9 §. 3 ff. de aut. tut. Richt. de R. I. 11. n. 28.* Sed qvid *ſi cum tutore perceperit fructus?* R. *Maſc. l. all. n. 21.* aditio præſumenda. Qvid *ſi in hereditariâ habitet domo? R. Maſc. concl 44. n. 24. 25. Aff.* ſi ambo ingresſi posſesſionem: *Neg.* ſi ſciente ſaltem tutore inhabitet illam, maxime ſi domus obligata pro dote *Gilb. arb. jud. civ. cap. 6. p. 1. n. 15. 16.*

§. 33. Multa alia ſingularia in extrajudicialibus pupillus ſibi vendicat.

Heredis eſt, ſi nolit navigare inter ſcyllam & charybdim, ante hereditatis aditionem conficere inventarium. Pupillus ſi neglexerit hoc, imminente periculo, ad ſuum confugere poteſt aſylum h. e. ad reſtitutionem in integrum *Covarr. Tom. 1. pag. 25. n. 18.* qvâ impetratâ, properare ad inventarii confectionem, ne teneatur ultra hereditatis vires, ne perdat falcidiam, ne in expilatæ hereditatis ſuſpicionem incurrat, ne gravetur juramento, qvi effectus inventarii nobilisſimi *l. fin. C. de jur. del. Suev. vel. juſt. 10. θ. 12. lit. b.*

Aperto feudo morte domini vel vaſalli, renovatio inveſtituræ petenda intra annum & diem civilem h. e. menſem *Fmid. diſp. feud. 7. θ 16.* ſub pœna amisſionis feudi *2. F. 55. in fin. pr.* Pupillus eſt exemptus *1. F. 22.* Sic & Emphytevta, debito tempore non ſolvens canonem, ſuo cadit jure; in Pupillo ſecus.

Res majorennum uſucapiuntur, modo adſit 1. posſesſio civilis continua, non interrupta: 2. bon. fid: 3. titulus verus & dominii translativus, non putativus: 4. tempus legitimum *Helv. ad Weſ. π. de uſuc. n. 11.* Res pupillorum ſunt immunes *l. 48. pr. ff. de A. R.*

A. R. D. l.3 in med. C. de præſc.30. an. Etenim contra impuberes nec incipit præſcriptio, nec contra defunctum incepta currit, ſed dormit *Tr. vol.2. diſp.21.θ 3. lit g. Weſ π. hic. n.10.* Unde ſi qvis habet cum pupillo fundum communem, ſervitutem, alias ab non uſum amisſam, major retinet *l.10. ff. qvem. ſerv. Copp. lib.1. obſ.80. n. 17.* Nec admitto hic diſt. *Paris de Puteo de conf. inſtr. qv.28. n 11.* qvaſi hæc vera ſi certet de damno vitando, non vero ſi tractet de lucro captando. Licet autem hæc ita ſint, infans tamen tutore autore recte uſucapit *l.32. ff. de acqvi. poſſ.* & pupillus ſine eo, modo adſit animus posſidendi *l.4. §.2. ff. de uſuc. Tr. l. all. θ.2. lit. d. e.* Ratio diverſitatis eſt, qvia pupillus ſine tutore autore incipit posſidere, infans cum eo *Con. lib.3. cap.8. n.4. & 5.*

Anatocismus, wann man Zins von Zins fordert/ conventione non obſtante, de jure prohibitus *l.28. C. de uſur.* etiam, ob Text. generalitatem, inter mercatores, *Carpz. jur. for. p.2. Conſt.30. d.34.* Pupillus, non qvidem ab extraneo, ſed à tutore, ob acceptas uſuras non alibi in ſortem datas, (nam qvando ipſe pecuniam, tanqvam mutuum, penes ſeſe habet, id non permisſum, *Carpz. l. all. def.32.* qvippe qvod in anatocismo mutatio perſonæ ſemper neceſſaria) rectè uſuras exigit uſurarum *l.7. §.12. l.58. §.1. in fin ff. de adm. tut.* Qvæ, cum cedant in pupillorum favorem, nec expreſsè correctæ in *l.28. C. de uſur.* adhuc ſuum obtinent robur *Carpz. pr. tr. qv.92. n.91. & ſeqv. Suev. vel.11. add.5. Tr. vol.2. d.11. θ.5. lit. a.*

Creditor in pignoris alienationem conſentiens, amittit illud *l.4. §.1. ff. qvib. mod. pign.*: in pupillo tale qvid non obtinet, ſi tutoris haud intervenerit autoritas *Maſcard. de prob. conc.1173. n.39.*

Majorennis, qvi mutuo dedit pecuniam comparandam ad rem, dum demum anterioribus præfertur creditoribus hypothecariis, ſi ſibi de hypothecâ proſpexerit expreſsâ, *l.17. C. de pign. & hyp. l.7. C. qvi pot. in pign.* R. G. *O. tit.43. verſ.* alſo wann *Richt. de pr. cred. diſp.7 ſect.4.* Pupillus in rebus pecunia ſua emptis pignoris *Con. lib.4. c.17. n.10;* vel dominii potius jus habet *l.7. ff. qvi pot. in pign. l.3. pr. ff. de reb. cor. l.2. ff. qvando ex fact. tut. l.3. C. arb. tut. Raucb. p.1. qv.5. n.7. Carpz. p.1. conſt.28. d.109* nec obſtat; res propria non poteſt pignori obligari *l.45. d. R. I.* Hoc enim limitandum, ſi lex diſponat aliter, ſicuti in legato cernimus *l.1. C. comm. de leg;* vel

dici poteſt, pupillum in reb9, pecuniâ ſuâ emptis, habere pignus, *emptione ab extraneo facta*: dominium verò, initâ eâ à tutore *l.2. C. qvand. ex fact. tut.*

Majorennis juri retractus renuncians, expreſsè excluditur ab illo *Carpz jur. for. p.2. c.32. def.1.* Pupillus, qvantumvis tutore præſente & conſentiente prædium avitum fuerit alienatum, nihilominus hoc jus exercere poteſt, idq; implorato beneficio reſtitutionis in integrum *Richt. deciſ.76. n.16.*

Qvietantia poſt 30. dierum exceſſum *l.14. §.2. C. de non num. pec.* plenariè liberat debitorem, qvanqvam (ſecundum *Carpz. l.2. reſp.90. n.12.*) creditor in promptu ſit ſuſcipere in ſeſe onus probandi, pecuniam non eſſe ſolutam. Diverſum obtinet in pupillo, cujus generalis qvietantia tutorem non liberat, ſi dolus aut error intervenerit in calculo *Carpz. jur. for. p.2. conſt.11. d.8.*

Res in prædium urbanum conductum illatæ, tacite pro penſione obligatæ *l.4. pr. ff. in qvib. cauſ. pig. Hahn. ad Weſ. n. ib. ...* In rebus pupillaribus aliter videtur pronunciandum. Nam qvæ res non poſſunt alienari, eæ nec obligari *L. ult. C. de reb. ali. non al.*; atqvi res pupillares ſine decreto non poſſunt alienari *l.1. C. de præd. min l.22. C. de adm. tut. E.* niſi dicas, autoritatem legis, eſſe loco decreti.

§. 34. Infantes, vel pupilli infantiæ proximi ſine tutoris autoritate contrahentes, ob intellectus defectum *§.9. J. de inut. ſtip.* non obligantur. Locupletiores tamen facti, tenentur illi, non qvidem ex obligatione & conſenſu, qvi nullus; ſed ex illa naturali ratione, ne qvis cum alterius damno & jacturâ locupletetur *l.14. ff. de cond. ind. l.17. § 4. in fin. ff. de inſtit. act.* Pubertati proximi, tutore haud interveniente contrahentes, nec locupletiores facti, ex veriori noſtrorum ſententia, qvia adeſt conſenſus, naturaliter h.e. de jure gentium *l.84. §.1. de R.I.* & in conſcientiâ ſunt obſtricti qvoad actum primum *l.1. ff. de nov. l.25 §.1 ff. qvand. dies leg. Covarr. Tom.1. p 297. n.16. Carpz. jur for p.2. conſt.15. d.7. n.10.* Qvam ob cauſam & fidejuſſor (idem ſentiendum de expromiſſore, conſtituente, pignora dante) qvi intervenerit, firmiter adſtrictus, *l.127. ff. de V.O. l 95. § 4. ff. de ſol. Cöpp lib 2. obſ 26. n.5.* Qvod actum vero ſecundum ſpectat, & naturalis obligationis effectum, neutiqvam

Leg.

l.59. ff. de V.O. & A; unde & solutum repetunt jure *l.41. ff. de cond. ind.* Multo minus eo in passu obligantur civiliter, nisi (1) ex re-actio sit *l.46. ff. de O. & A*: (2) dolo qvid commiserint *l.1. §.15 ff. depos. l.23 ff. de furt.* (3) locupletiores sint facti *l.66. in fin. ff. de sol. l.3. pr. commod. l.3. §.4 ff. de neg. gest.* qvod evenit, si in ejus usum & utilitatem qvid versum, *l.32. §.4. ff. de adm. tut junct. l.32. §.9. ff. de don. inter vir. Tr vol.1. disp. 6. θ.5. lit. l.*: qvo ultimo casu actio non est nativa, sed dativa ex Divi Pii rescripto *l.5. ff. de aut. tut.* Si verò pupillus contraxit cum tutoris autoritate, civilis subest obligatio *l.1. §.7. ff qvod jussu*, nec necessarium probare versum id esse in pupilli utilitatem, *Masc. concl. 1160. n. 18. Habn. ad Wes. π. de pact. n.5.* Sed qvid dicendum *de eo qvi contraxit cum pupillo? R. Habn. l. all.* firmiter obligatur *J. pr auth. tut.* suo ex latere, modo puer non sit plane infans, sed infantiæ proximus *§.9. J. de inut. stip.* Qvid *si senserit damnum pupillus?* R. occurritur ipsi vel actione tutelæ, vel restitutione in integrum.

§.35. Hæc qvi probe tenet, facili decidet negotio alias contentiones provenientes ex pupillorum contractibus, vel qvasi, sine tutorum autoritatibus initis. Nam pupillus mutuando *l.19. §.1 ff. de reb. cred*; commodando *l.1. §.2 ff. comm. junct. l.189. de R.I*; oppignorando *l.1. pr. ff. de reb. cor. junct. l. ult. C. de reb. alien*; Mandando, societatem iniendo, locando, vendendo *l.27. ff. de cont. empt.* fidejubendo *l.43 ff. de obl. & A. Tr. vol.2. disp.28. θ.2. lit. a.* promittendo *§ 9. J. de inut stip. Cöpp. lib 2. obs.27. n.3.* transigendo *Tr. vol.1 disp.6. θ.2*; constituendo *Tr. Vol.1 disp.23. θ.8.* donando *Tr. vol. 2 d.19. θ 3.* suam obligare neqvit personam.

§.36. Juvat ulterius ea aspicere per transennam.

Mutuum qvando dederit, nummos extantes vindicat; bona fide consumptos, condicit *Tr. vol 1. disp 20. θ.6*; sin mala intervenerit fides, agit ad exhibendum *l.29. ff. de cond. ind. l.19. § 1. ff. de reb. cred. Habn. ad Wes. π. ib. n.12 Copp. lib.1. obs.103 n 24.* Cum acceperit vero mutuum, & locupletior factus, solutum repetere neqvit, *l.13 § 1. l.14 ff. de cond. ind. Richt. de reg. Jur. 19 n.2. Tr. l. all. θ.9.* Qvid *si tutor commiserit mutuum, pecuniamq; mutuo acceptam in pupilli verterit utilitatem?* R. pupillus est obligatus *l 3. C. qvand. ex fact. tut. l. 2. in fin. C. de cur. fur. Rauch. p.1. qv.26. n.21.* etiam ex oppignoratione

tione à tutore facta *l.16. pr. ff. de pign. act. Tr. vol.2. d.1 §.5 lit.c.* Commodatum qvando inierit, qvando gesserit negotia, & locupletior factus, tenetur actione commodati *l.1.§.2 l.3.ff. com mod. Habn. ad Wes. π ibi. n.3.* nec non negotiorum gestorum *l.6.pr.ff. de neg. gest:* gerendo vero alterius negotia qvando perdidit, pupillo agenti opponi potest compensatio. e.c. si Titii creditoribus dedisset 100: viceversa alia in ipsius causa culpâ perdidisset 100. *l.3. §.2.ff. de neg gest. Habn ibid. n.3.*

§.37. Ut redeam in viam, paucisq; complectar multa. In obligationibus qvibus notoriè suam meliorem facit conditionem pupillus, necessaria non est tutoris interventio *l 11. ff de aqq. her.* sicuti in recipienda donatione *l.3.C. de acqvi. poss;* in liberatione per acceptilationem *l.2.ff. de accept.* pacto de non petendo *l.28. ff. de pact:* In obligationibus vero qva hæremus, an damnum vel commodum pupillus percepturus sit, nec ne? uti in datione in solutum, solutione, acqvirenda hereditate extranei, (nam si suus est heres tutoris autoritas minime desideratur *§.3. J. de her. ab int. Tr. Vol.2. d 12. §.2. lit.c.)* necessaria est tutoris, & secundum qvosdam, ad minimum honorarii autoritas, *arg. l.49. ff. de acqv. hered. §.1. inst. de aut. tut. Tr. vol 2. d.13. §.6. lit.c.* In aliis autem, ubi obligatur simpliciter, indistinctè. Ex qvibus patescit, obligationem pupilli, sine tutore initam, maxima ex parte esse mancam *l.9. pr. ff. de aut. tut. l.189. de R.I. Carpz. lib.5. resp. 24. n.11 jur. for. p.2. const. 15. d.25.* Imo tutori, ipsemet autore, obligari neqvit *l.5. ff. de aut. tut. Carpz. jur. for. p.2. c.13. d.10. n.5.* multo minus adstringitur ex ejus subscriptione *Carpz. dec.121.*

§.38. Factâ solutione pupillo tantùm, debitor nullam conseqvitur liberationem *l.15 ff. de solut.* nisi pecunia extet, vel in pupilli utilitatem versa *l.47. ff. de sol. §. pen. J. qvib. ali. lic.* Qvod si tutori sive judicialiter sive extrajudicialiter pecunia soluta, eatenus debitor liber, qvatenus pecunia non male consumpta *l.46. §.5. ff. de adm. tut. l 1. C. si advers. sol. l.7. §.2. ff. de min.* Qvi itaq; plenissimam desiderat liberationem, præcedente judicis decreto, judicialiter, præsente tutore, solvere debet, ab ipsisq; qvittantiam impetrare.

§.39. Percurram & levi brachio jura impuberum in tute-

B. Et

ll Est juri conveniens naturali impuberes esse in alterius tuitione §. pen. J. de att. tut. unde jura (qvamvis sit magistratus, supremi tanqvam tutoris, das Recht ist der oberste Vormund / nemine etiam interpellante, curare, ne damnum capiant res pupilli Habn. ad Wes. π. de tut. n. 7.) matri majorenni *Carpz. p. 2. const. 11. def. 15* vel, eâ deficiente, aviæ, injunxerunt onus petendi tutores, intra annum liberis suis etiam naturalibus, *l. ult. C. qvi pet. tut.* adjectâ, in omissionis casum, pœnâ exclusionis de successione ab intestato, si liberi in pubertate excesserint è vita *l. 3. l. 6. C. ad SC. Tertull. l. 10. C. de leg. her.* nulla juris ignorantia obstante *l. ult. C. qvi pet. tut. Carpz. l. all. Habn. ad Wes. π. tit. qvi pet. tut.* Qvod *Mynſ. cent. 1. obs. 54. n. 2. & 3. per l. 10. C. de leg. her.* ad qvosvis, pupilli hereditatem sperantes, extendit. De probatione harum rerum *vid. Masc. concl. 1395. n. 6.*

Selectum qvoq; habent jura in tutoribus constituendis. Nam pupilli creditorem aut debitorem, qvi debita non manifestaverint, (in matre nec non avia tutricibus, in qvibus nullus præsumitur dolus, hoc non obtinet *Damb. pat. pup. p. 8. n. 6.*) à tutelâ removent jura, ne solutionum syngraphas inferendo, aut crediti chirographas intercipiendo nec non supprimendo machinetur fraudem *auth. minor C. qvi dar. tut.* Qvod si suscipiant hoc onus, sustinent pecuniæ jacturam *Carpz. p. 2. c. 11. per tot.* Sic nec fœminas admittunt *l. 1. C. qvan. mul. l. 16. ff. de tut.* matre & avia in allodialibus (non feudalibus *Carpz. p. 2. const. 11. def. 11. n. 4.*) exceptis, qvo casu necesse, (1) ut non adsit tutor ex testamento, aut avus paternus *Carpz. l. all. d. 13.* materq; non sit minor 25. annis *l. 2. C. qvan. mul.* (2) ut renuncient, absq; tamen juramento *Carpz. l. all. def. 14.* Secundis nuptiis, SC. vellejano *auth. mater. C. d. tit. Nov. 118. c. 5.* petantq; sibi curatorem *Carpz. l. all. Habn. tit. de tut.* Habet tamen hoc in casu pupillus hypothecam non solum in bonis matris, sed & secundi mariti, si nupserit, non petito alio tutore, nec restituta tutela *Nov 22. cap. 40. Tr. Vol. 2. d. 1. θ. 2* qvid dicendum de vitrico? admitto eum *per l. fin. C. de cont. jud. tut.*

Tutores magna ex parte sunt tollitores. Venienti huic morbo nostra succurrunt jura. Injungunt enim Tutori (excepto patre. In matre de jur. Sax res est in ancipiti. Nam Witteberg. nec non Jenens. eam ab inventarii confectione liberant, non

vero Lipſ: noſtri inſtituti non eſt tantas componere lites, nec, ſi neceſſet, ingenii) inventarii confectionem. Qvód ſi omiſerit, pro ſuſpecto & infami habetur *l.fin.C.arb.tut.* teneturq; noſtris moribus(de jur.civ. condemnatur ex jurej. in litem l.7. ff h.tit.) bona pupilli mediante juramento indicare. Qvid *ſi tale qvid remiſſum tutori in teſtamento vid l.fin.C.arb.tut?* R. ſi omnis confectio remiſſa, magiſtratus erit, teſtamento non obſtante, compellere tutorem ad inventarii confectionem. Qvod ſi ſaltem publica, tutori incumbit, adhibito uno vel altero bono viro, privatim bona deſcribere pupilli *Habn.ad Weſ.π.de adm. & per.tut.* ſic & Pupillus actione ſubſidiaria etiã noſtra tempeſtate conveniri poteſt magiſtratum, ſi non idoneos dederunt tutores *Habn.ad Weſ.π.de mag.conv.* nec *neceſſe* habet probare, fidejusſores pro tutore datos, cum accipiebantur, non fuiſſe idoneos *l.11.ff.de prob. l.1.§.13.ff.de mag.conv.Tr.vol.2.d.4.θ.4.lit.c.*

De ff. nec non codicis jure, tutor pecuniam pupillarem idoneis hominibus fœnori dare debet, vel in prædiorum emptionem collocare, & qvidem primo an. adminiſtrationis ſuſceptæ, intra 6. menſes *l 15.ff.de adm.tut.* poſtea intra duos *l.7.§11.ff.eod.* alias rectè in ejus pecuniæ uſuras, qvam non fœneravit, convenitur *l.15.ff.de adm.tut.l.24.C.de adm.tut.* Neq; mutat *Nov.72.auth.noviſſ.C.de adm.tut.* in uſum enim non venit *Habn.ad Weſ.π.de adm tut.n.4*: aut admittenda cum *Carpz.p.2.c.11.d.21.* ſi vel media elocandi pecuniam pupillarem idonea defecerint, vel ſumptus qvotidiani ad pupilli ſuſtentationem erogandi hoc non admiſerint. *vid.Rauch.p.2.qv.26.*

In bonis tutorum pupillus de jure ff. privilegium habet præferturq; aliis non privilegiatis *l.19. §.1. l.23.ff.de reb.auct.jud;* de jure vero Cod. nec non Sax. hypothecâ munitur tacitâ *lib.20. C.de adm.tut.* N. G. O. *tit.45.pr. Tr. Vol.c.d.1.θ.2.* qvæ incipit, non à die qvo rationes redditæ, nec à die cœptæ adminiſtrationis von der Zeit der angemaſten adminiſtration, qvia & de neglectis tenetur *l.1.C.ſi tut.vel cur* niſi pro tutore geſſerit N.G.O.*tit.all;* ſed à die ſuſcepti officii vel confirmatæ tutelæ von der Zeit der aufgetragenen Vormundſchafft / *Habn.ad VVeſ.π.tit.in qvib.cauſ.pig. Carpz jur.for.p.1.con 28.d.114. Richter priv.cred.diſp.8. Cöpp. deciſ.29. n.26.*

Tutor

Tutores qvando res impuberum donando alienant, pœna pupillis medicina. Etenim hâc de re vel actione pulsare possunt tutorem, *lib.3. l. ult. C. si tut. vel cur. inter:* vel, implorato restitutionis auxilio, à donatario rem donatam vindicare *Gail. lib. 2. obs.72. n.8.* Imo omisso eo beneficio, vel lapsis ejus fatalibus, actum jure dicunt nullum *l. 46. §. fin. ff. de adm. tut.* qvod remedium & expeditius *Habn. ad Wes. tr. de pact. n.5.* non mutat. Tutor loco domini est *l.7 §3. ff. pro empt. l.10. §.1. ff. de adm. tut.* procedit enim id cum administrat, non cum spoliat. Nec inultum hoc tutoris factum relinqvunt ll. Nam tutori adimunt potestatem impugnandi donationem *l.22. ff. de adm. tut. l.165. de R. I. c.21. de R. I. 6.* Qvod si tutela concernat illustres personas *l.12. § 3. l.13 ff. de adm. tut.* aut utilitas pupilli hanc efflagitaverit *l.1. §.1. ff. de tut. & rat. dist.* sicuti remuneratoria in donatione, tutor in portu navigat *Carpz. jur. for. p.2. c.11. d. 48.49. Habn. l. all.* & hæc de principalioribus jur. in tutela.

§ 40. Fama est, referente *Covar. Tom.1 p.2. c.5. n.6.* Salomonem in 10. ann. genuisse Roboam; Achaz in an.11. Ezechiam; puerumq; 9. ann. imprægnasse nutricem *vid. Carpz jur. Eccl. lib.2. tit.1. def.12. n.13.* Qvam ob causam mota lis, *an impuberes qveant inire matrimonia*, siq; hoc, *an absq; tutoris aliorumq; cognatorum consensu?* Utrumq; affir: si malitia (qvæ & prudentia dicitur *in c. ult. de desp. imp.* consititq; in potentia coeundi, & consensus conjugalis discretione) suppleat ætatem (1) est *Text. in cap.3. & 9. de desp. imp:* (2) est prohibitio matrimonii odiosa, proindeq; non extendenda *c.15. de R.I. in 6.* (3) est inter patrem & tutorem nec non cognatos dissimilitudo maxima *Tr. Vol.2. d.6. t.4. lit.d.* unde secundum *Copp. lib.1. obs.30. n.17.* statuta civitatum, qvod non qveant impuberes & puellæ absq; tutorum vel aliorum propinqvorum consensu matrimonia contrahere, invalida in consistoriis pronunciantur, partim qvod veniant contra matrimonii libertatem; partim qvod sint captatoria, siqvidem pendet matrimonium ex alterius voluntate. nec mutat *l.1. & 2. C. de nupt.* resp. n. est in *l.8. ibid.* Et ex his allatis recte infertur, impuberes contrahere posse sponsalia, qvanqvam, modo non sint Juramento confirmata, resilire qveant, si ad perfectam pervenerint ætatem

Covar.Tom.1 p.127.n.1. Diversa Qv. est, *num pupillam tutor qveat ducere?* N.de jur.civ. *l.59.ff. de rit. nupt. l.15 ff. de sponf. l.7.ff. ad L. jul. de adult.* ob potentatus rationem, qvem tutor in pupillam habet *l.63.ff. de rit. nupt.* nec non circumscriptionis, & defraudationis in re familiari suspicionem *l.67.§.1.ff. eod. l.7.C. de interd. mat:* nisi à patre desponsata *l.36.ff. de rit. nupt;* aut tutor reddidit rationes, ejusq; pupilla excesfit annum 25. *l.64. §.1.ff.eod.l.6.C.de interd. mat.l.62.§.fin.ff.de rit.nupt.Carpz.jur.for.p.4. Const.20.d.9.* De jur. vero can. Aff. qvod ultimum viget in nostris provinciis *Carpz.Cöpp.l.all. Habn.ad Wes.π.de rit. nupt. n.4.* qvem vid.

§.41. Negotiationes maritimas sive fluviatiles, ad qvas & refero die Handlung mit den Flössern / exercemus per magistros; terrestres v. per institores, germ. factor, provisor, Buchhalter/Ladendiener pro negotiationum varietate *Habn. Struv. hic.* His pupillus recte præficitur *l.7. §.2.l.8.ff. de inst. act.* obligatq; præponentem *Cov. Tom.1. p.94. n.7.*

§.42. Qvi aliqvid amovet ex hereditate, non habet beneficium abstinendi *l.71. §.4.ff. de acq. her.* idem *an obtineat in impubere qv?* Aff. *Tr.vol.2.disp.12.§.3.lit.c.* fortasfis non male distingv.

§.43. Contra impuberem indefensum, missio ex primo decreto in bonorum posfesfionem fieri potest *l.5.§.1.ff.qvib. ex caus. in posf. eat.* modo ipsi præstentur usq; ad pubertatem alimenta *l.33.pr. & l. ult. ff. de reb. aut. jud. Tr.vol.2. d.24.§.2.lit.c.* Et hæc de juribus impuberum dicta sufficiant. Si restant qvædam jura non enucleata, ea pete ex cap. subseqv. Qvicqvid enim non obtinet in minoribus, multo minus valebit in impuberibus.

CAPUT QVARTUM.

De Juribus puberum, minorum sive *minorennium* nec non *Adolescentum.*

§.1. *Minorennitas, Tertia ætas est, cujus terminus à qvo ann.12. 13. vel 14. (Conf.§.1. & 2. cap. præ.) Terminus verò ad qvem varius, pro diversa cœli plaga.* De jure enim civili minorennitatis terminus ad qvem est ann.25. *l.50. §.ult. ff. de leg.3. l.37. §.1. vers. in del. ff. de min. l.fin. C. de his qvi ven. æt. tit. ff. de min.* In Saxonia, annus 21. Landr. *lib.1.art.42.* Lehnr. *cap.26:* in Galliâ annus 20. vel 21; in Sicilia, ann.18. in Florentia annus 20. Diversam hujus ætatis

cons-

computationem maxuma ex parte cœli inducit plaga. Etenim qvibusdam in terris maturius sapiunt homines, qvibusdam tardius; unde & natura in hujus ætatis computo tam variat, cumq; ejus, in natura fundatum.

§.2. Est & prima fronte ambiguitas vocabuli notanda. Nam(1)minorennis dicitur impubes *c 8.verb.praeterea de prob*:(2) pubes *l 1. §.1. ff. de min.* à pube ita dictus. Ultimam arripio, pedemq; figo.

I. Ad dignitates.

§.3. Hâc in ætate corporis ac animi pariter accrescunt vires, idcirco propiorem etiam ad obtinendas dignitates habet accessum. Et qvidem Electorali in dignitate ann.18. legitimus est, ad suscipiendam plenariam administrationem *A.B cap.20:* Qvod spatium,& dignitati conveniens Doctorali,prout exempla probant, modo non mali, qvi Doctorandum reprobant, adversentur mores *Um.pr.jur.disp.2. n.5. An autem minor Doctor in patrocinando lapsus, restituendus sit in integrum Qv.& N.arg. l 9. §.3. ff. de jur.& fact.* Sic & impleto 17.an. advocati rite fungitur munere *l.1. §.3 ff. de postul.*

§.4. Expeditum est de jur. can. majorem 20. ann. judicem esse posse indistincte: majorem 18.ann. consentientibus demum partibus litigantibus: minorem v.18.ann.non nisi principis permissu *c.41. de off. & pot. jud. del.* De jure civili res ita sese habet; minor 20. ann. judex qvidem consentientibus litigantibus rite constituitur *l 57 ff. de re jud.* eo qvod, si læsus, restituatur *l.41. ff. de recept.* non tamen invitus cogitur, & ita concilio text. minor 18. ann. non nisi accedente principis dispensatione *Um pr. jur. disp.1. n.49.*

§.5. In suscipiendis præbendis, nec non canonicatibus minorennitas idonea *c 35. de preb.* Si contentio de diaconatu aut presbyteratu, *vid.clem.ult.de at. & qval:* ex qvo & principio fluit, minorem 21.ann.non facile nostris in provinciis ad sacerdotium esse promovendum, partim ob jus div. *Num.c.4. v.23;* partim *ob Const.eccl.* qvæ nimiam reprobat juventutem. Sic & exercere potest minor, reclamante etiam curatore,jus patronatus,qvippe qvod in spiritualibus & dependentibus ab iisdem minor sit loco

majoris. Cœterum decurionatum non nisi gerit nominetenus. *l.6. §.1. ff. de decur.* reliqvos qvod concernit honores ad *l.8 ff.* demun. & hon. in catena sunt.

II. Judicialia.

§.6. Judicium cum solo minore absq; curatore cœptum non valet, etiam interlocutoriam qvoad sententiam *§.2. J. de excus.* Excipio (1) causas §.7. *cap. pr.* recensitas: (2) causas matrimonii *c.14. in med. de rest. spo. e. ult pr. de jud.6.* nec non criminales: (3) qvando persequatur suam suorumq; injuriam *l.11. pr. ff. de acc.* e. c. si agit de violato thoro *l.15. §.6. ad L. jul de adult* (4) cum postulat consilio necessariorum curatorem suspectum §.4. *J. de susp. tut.* (5) victoriam si reportavit. *Um. pr. jur. disp.1. n.21.*

§.7. Minor curatorem habens sine ejus consensu procuratorem ad judicialia constituere neqvit *l 11. C de pro.* cui accedit, qvod se neqveat obligare *l.3. C. de in int. rest. qvid si curatore destitutus?* idem statuo. Eo qvod nemo, qvi ipse liti præesse neqvit, procuratorem possit præficere liti. Unde minoribus etiam invitis dandus curator §.2. *J. de cur. l.1. § ult. ff. de min.* Prædicta limito (1) victoriam cùm reportavit; *l.14. C. de proc. Struv synt. jur. vol 1. tit. de pro. θ 27* (2) in caussis ubi agere ipsi permissum sine curatore. Addunt nonnulli (3) juramentum qvando interpositum à minore, qvam litem non facio meam. Sed *imminet his in casibus parti adversæ periculum ob restitutionem in integrum?* Resp. dato à procuratore si cautionem exigat, in portu navigat. *vid. Um. pr. jur. disp.3. n.12.*

§.8. Minor qvi 17. implevit annum munus procurandi in judicio subire potest. Nam ea ætate potest postulare *l.1. §.3. ff. de post;* esse judex *l.57. ff. de re jud.* Consul *l. un. §.2 ff. de off. cons.* cur non & procurator. Sic Text. *in l.13. ff. de. man. vind.* generaliter loqvitur. Non itaq; annullanda acta *Hahn ad Wes. π de pro. n.4. Um. pr. jur. d.3. n.16.* non mutat (1) *l.2. C. qvi leg. pers. stand.* R. id verum in causa propria, non vero aliena, in qva ob interveniens mandatum restitutio in integrum cessat *l.23. ff. de min.* (2) *l.51 ff. de proc.* R. defensor à procuratore toto distat cœlo, qvia ut plurimum nullum habet mandatum *Wes. π. de proc. n 11.* (3) in procuratore desideratur legitima ætas *l.12 ff. de procur.* qva destitutus minor *l. ult. C. de*

C de his qvi ven. R. legitima ætas pro ſubſtrata materia accipitur varie *(4) l. 5. §. ult. de pro. 6 R. cum Carpz decis. 103.* aut pars adverſa contradicit, & removendus; aut tacet, & admittendus.

§ 9. Minor curatorem habens juramentum deferre neqvit, qvia alienationem ſapit *l. 3. C. de in integr. reſt.* Si v. non, videtur id affirmandum *per l. 17. §. 2. ff. de jurej. junct. l. 7. §. 2 de min.* læſo tamen ſuccurritur reſtitutione in integrum *Ilm. pr. jur. diſp. 14. n. 9.* idem ſentiendum de ejus confesſione, per *l. 6. §. 5. ff. de conf. Ilm. pr. jur. 6. 13. n. 45.*

§ 10. Puberes in cauſis civilibus teſtes esſe posſunt, non vero in criminalibus ſi nondum impleverint 20. ann. *l. 20. ff. de teſt. Carpz. pr. cr. qv. 114. n.* 41. præprimis ſi teſtimonia ferre recuſant *Zang. de qvæſt. c. 3. n. 29.* Qvod ſi tamen veritas aliter haberi neqveat, prudentis erit judicis decidere, qvatenus recipiendi teſtes, qvatenusve non. Sic & id fallit in inqviſito, qvi ad ſuam innocentiam probandam producit teſtem 20. annis minorem, *Carpz. l. all.*

§ 11. Qvæcunq; cap. præ. dicta de citatione, litis reasſumptione, executione, ea hic repetenda. *Conf. Carpz pr. jur. tit. 7. art. 2. n. 17: tit. 6. art. 4. n. 45: tit. 25. art. 1. n. 32.* judicialia excipiunt.

III. Delicta.

§. 12. In delictis, minoribus non ſubvenitur *l. 9. §. 2. ff. de min. l. 1. & 2. C. ſi adv. delict. Conſt. Carol. art. 164.* Qvam ob cauſam non dubitarunt Scab. Lipſ. furi 17. an. dictitare laqveum: venefico 17. ann. incendiario 16. an. ignem *Carpz. pr. cr. qv. 143. n. 73:* homicidæ 15. an; ſtupratori violento, gladium *Carpz. d. l. qv. 97. n. 47:* adultero 17. ann. ordinariam pœnam *Carpz. qv. 62. n. 50.* Non obſtant (1) *l. 14. ff. ad SC. ſyll. l. 108. de R. I. l. 16. § 3. ff. de pœn.* R. eas esſe intelligendas non de minoribus, ſed impuberibus. (2) communis opinio: R. hæc mihi non idolum c. 5. diſt. 9 qvicqvid eſt fides (loqvor *cum Finck. in præf. ad contr. feud.*) absq; operibus, illud eſt communis opinio, ſine legibus & rationibus. (3) in minore non eſt talis dolus, qvalis in majore: R. ſufficit qvod adſit talis, qvalis ad infligendum mortis ſupplicium reqviritur. Non itaq; Judex tenetur minori temperare pœnam præciſe, qvanqvam eam ex arbitrio, ſi probabilis adſit mitigandi cauſa, minuere posſit

l. 37.

l.37. §.in delict.ff.de min. Exempla suppeditat *Carpz. pr. crim. qv. 93.n.14.qv.82.n.24.* Qvam sæpissime tamen mitigatur in falsa moneta *Carpz.qv.42.n.89.* in incestu, respectu puellæ patri morem gerenti *qv.72.n.47.* in parricidio *qv.18.n.27.* qvæ tamen cum sale accipe. Sic & minor ob delictum in pueritiâ commissum mitius puniendus, eo qvod tempus perpetrati delicti considerandum *l.1.ff.de pœn.* adsunt.

IV. Extrajudicialia.

§.13. Minor testamentum rectè condit *l.5.ff. qvi test.fac poss.* donat causa mortis, cum ultimis voluntatibus accedant propius ejusmodi donationes *l. fin. C.de mort. caus. don:* init matrimonium §.1.*J. de nupt.* qvod tamen ipsum non eximit â cura regulariter: â tutela excusatus est ipso jure §.13.*J.de exc.tut* sine magistratus tamen decreto non potest provocare ad divisionem *l. pen.C.de præd.& ali.reb.Pruck.Vol.1. cons.6.n.6.* Qvæ servanda in solutione impuberi facienda, ea & non floccifacienda in solutione min.*Carpz.dec.159.n.5.* Minor curatorem habens invalide sine ejus interventu contrahit; destitutus verò curatore, jure subsistit obligatio. *l.3. C.de in integ. rest.* læso tn. subveniunt jura per restitutionem. *Qvid si juramento confirmasset?* absolutionem petere potest, &, eâ impetratâ, confugere ad restitutionem in integrum. nec obstat, auth.sacramenta c. si adversus vendit. Nam disting.*cum Frantz.lib.2.res.4.n.14. Struv. synt. jur.tit. de min.* §.54. inter nullitatem qvæ provenit ex ætate minori, v.c.ut qvod curator non adhibitus, decretum non interpositum: & inter nullitatem, qvæ provenit ex aliâ causa cum majoribus communi e.g. qvod dolus dederit causam contractui bon. fid. Illam supplet juramentum, de qvo & auth. loqvitur; non vero hanc.

§.14. Minor curatoris autoritate iniens contractum læsusq; major factus intra qvadriennium petere potest restitutionem, *l.fin.C.de temp.in integr. rest.* vel actionem contra tutorem movere *l.ult. C.si tut. vel. cur.*

§.15. Alienatio bonorum minoris immobilium ut firmo stet pede, tria necessaria (1) justa alienandi causa: (2) causæ cognitio judicialis, an ea legitima sit & sufficiens: & (3 præcessa causæ cognitione, decretum sive autoritas magistratus, accedente curatoris

to is consensu. *l.12.l.10.11. C. de præd. min. l.22. in fin. pr. de adm. tut. Carpz decis. 195 & 121.* Deficiente una, alienatio est irrita & nulla, prædiumq; restituendum cum omni causa & fructibus perceptis, *l.11 C. de præd. min. l.1. C. si maj. fact.* Hæc enim restitutionis natura, *l.24. §.4. l.27. §.1. l.40. §.1. ff. de min. l.28. §. ult. ff. ex qvib. casus. maj. Carpz. dec. 86. n. 26.* Prædicta tamen limitanda si major coheres ad divisionem provocaverit *l. pen. C. de præd. min.* qvo casu tutoris autoritas sufficiens *Carpz. decis. 121.*

§.16. Agmen hujus capit: claudo duabus Qv. qvarum (1) *si tertius, ob pecuniam mutuo datam ad prædii minoris emtionem, obtinuerit hypothecam, alienatioq; esset irrita, qvid juris?* Resp. minor debitis solennibus deficientibus, manet Dominus *l.15. 16. C. de præd. minor. fin. decr.* & alienatio nec non hypotheca est nulla *l.2. ff. de pign. act. l 1. 2. 6. 7. C. si alien. res pig. l. 6. C. qvæ res pign. l. 54. ff. de re jud.* non mutat (1) minor habet privilegium, & tertius, E. cessabunt *l. 8. ff. de exc. tut. l. 12. §. 1. vers. ideo C. qvi pot. in pign:* Nam de tertio nego. (2) restitutio fieri debet sine juris alieni præjudicio *c. 8. in fin. de rescript. in 6:* R. minor non indiget restitutione, sed sententia saltem super nullitate declaratoria *l. 2. C. de præd. min. fin. l. 16. pr. ff. de min.* vel dico, restitutio ex gratia non aufert tertio jus qvæsitum, utiq; autem ex justitia: (3) nō an nullatur hypotheca creditori in feudo à vasallo cum consensu domini constituta, si minor per restitutionem jus simultaneæ investituræ conseqvitur, E. *Carpz. decis. 76:* R. nulla conseqventia. Nostra ab initio est nulla, hæc subsistit. (2) qvæstio est, *an minor mercaturam exercens in rebus immobilibus posset constituere hypothecam sine judicis decreto?* Affirm. partim qvod mercatura sit celerrimæ expeditionis, qvæ non patitur, ut qvis exacte inqvirat in alterius ætatem; partim qvia in mercaturâ multa specialia indulta.

§.17. Hic sicco prætereo pede multa, necessitate ita efflagitante, ne in disputantium impingam leges. Sic & materia restitutionis in integrū, qva succurrunt jura minoribus, ad amussim à Dd. enucleata, inq; cancellos redacta, nec dispersa hucilluc, uti nostra; Lubens itaq; eam non attingo primo à capite usq; ad extremum. Hoc saltem lubet addere, qvod minor, qvi veniam ætatis impetravit, haud possit petere restitutionem in integrum

l.1.C. de his qvi ven. nisi adversus impetrationem veniæ. *Conf. Struv. synt. jur. tit. de min. §.53.*

CAPUT QVINTUM.

De Juribus virilis ætatis.

§.1. *Virilitas* est *Qvarta hominis ætas, initium sumens impleta minorennitate, finemq; in principio senectutis ponens.*

§.2. Dicta est virilitas à viribus. Qvâ de causâ cum hâc in ætate hominis vires summo floreant in gradu, ideo huic ætati omnes ad dignitates patent portæ *l.2.ff.de jur. imm. l.18.ff.de ...* Singulare est in Episcopo & Presbytero (nonnulli id ad cardinalatum etiam extendunt) qvi de jure civili ad ejusmodi honores conseqvendos habiles, ann.35. *auth. presbyterum post l.9. C.de epis. & cler:* Sic & olim sexagenaria saltem idonea erat ad Abbatissam *c.12. caus.20. qv.1;* verum tempestate mutatum. Etenim 30. anno peracto, juste in hanc promovetur dignitatem *c.43 pr. de elect. in 6.* In Priorissa, qvæ monasterium gubernat, idem juris; Ad Abbatem tamen id extendere nolim.

§.3. Est hæc ætas *legitima l.32. §.fin. ff. de test. tut.* in sensu non improprio, sed proprio. *vid. l.50. in fin. ff. de leg.3. l.8. ff. de cond. caus. dat. Carpz dec.203. n.13.* à curatoris itaq; liberat potestate *pr. I. de cur.* tribuitq; in omnibus actibus judicialibus legitimam personam standi in judicio. Est hæc ætas *robusta l.15. §.6. ff. ad L. Jul. de adult. & justa l.2. ff de vac mun:* unde in delictis nil singulare sibi vindicat. Est hæc ætas *perfecta l.25. §.1. ff. de prob. l.32. ff. de min. l.ult. C. de his qvi ven. æt:* qvam ob rem extrajudicialiter in ea pro lubitu & liberrime de nostris disponimus facultatibus *l.21. C. mand.* Prædicta veritate nituntur salvis exceptionibus in jure extantibus. Etenim vir infamis, non omni admittitur tempore in judicio: vir furiosus & non sanæ mentis excusatur in delictis: vir prodigus extrajudicialiter se obligare neqvit; idem esto judicium in aliis similibus.

CAPUT SEXTUM & ULTIMUM

De Juribus Senum.

§.1. Qvis habendus sit pro sene? non convenit inter DD. Est qvibusdam senectutis terminus ann. 55; nonnullis 60. vel 65. 70. aut 80. aliis. *Far. pr. crim. q.77. n.83. Alth. dicæal. p.13. n.25.* Plurimi

non-

controverfiam judici dijudicandam relinqvunt *Masc. de prob. concl 1295 n 8* qvod certis in cafibus v c.pœnis, teftimoniis, carbone haud noto, præprimis fi 70. haud impletus fit annus. Nam eo temporis fpatio peracto, omne judicantis excludimus arbitrium *Carpz.pr cr.qv.144.n 24.34.Theod.coll. crim. d.10.§ 4.lit.e.* Præftat tamen certam habere regulam, qvam ad judiciis confugere judicium *Arum. d.§ n.1 § 7.*

§.2. *Senectus* itaq; *mihi est ultima hominis ætas, à qvinqvagesimo anno initium sumens, finemq; præfixum in anno centesimo, vel si qvod excurrit, eo spatio, ponens.*

§.3. Senectutis limen pofui in anno 50. perfecto, *Tusch. concl.103.lib.5.Farin.pr.cr.q.92.n.22.Carpz.pr.cr.qv 62.n 32.& q.144. n.13 Pruck.vol.1. cons.50.n 521. Ilm.pr.jur.d 16.n. 48* præeuntibus, nec non *Gail.1. obs.92.n.7.* qvi memoriæ ib. prodidit, idem in camera obfervari: Calcem verò in ann.100, eo qvod juris præfumptione usq; eo humana fefe extendat vita *l.56. in fin.ff. de usufr. l.23.in med.pr.C. de ss. eccl.*

§.4. Senectutem divido in *proximiorem virilitati, & ætatem decrepitam.* Hæc de jur. computatur civili anno 70. elapfo *arg.l.fin C.qvi æt.se exc.Theod.l.all.Far.pr.crim.qv.91. n.23.& qv.78. n.60.* jure vero Sax. anno 60. Landr *l.1.art.42.* ibi, über 60. Jahr ist der Man über seine Tage kommen/ also daß er Vormünden haben soll/ ob er wil. Ex qvibus patefcit, usq; qvo fefe extendat fenectus virilitati proximior. Dictus eft autem fenex, vel à fenfus diminutione, cum vires & corporis & animi fenfim ob calidi innati refolutionem evanefcant, demumq; plane intereant: vel qvafi feminex, h. e. femimortuus, dum qvotidie pedem in cymba tenet charontis; vel qvafi fe nefciens *Pr.vol.1. cons.19. n.5.6.* propero.

I. Ad dignitates.

§.5. Noftro in jure fenectus venerabilis. Nam in jure feudali Dominus ob reverentiam dicitur fenior; & ll. fenibus eundem tribuunt honorem, qvem magiftratibus *l.5. pr ff. de jur.imm.* præferuntq; ipfos junioribus in dignitatibus tàm ecclefiafticis *c.ult.ibi maturiore ætate d.74.c.7 pr.de elect.* qvam politicis *l 3.§.15. ff.de mun.& hon l.1 pr.ibi, inter duumvirales antiqvissimus ff.de alb. scrib junct.l.ult ff.de fid.instr.* modo fint eruditione pari. Sic & jure

prærogativam senes sibi vendicant in sessione, nec non præcedentiâ *l.2.C.de præf.præt.* ferendis in consiliis *c.3.dist.20.in fin.* Qvæ omnia tamen cum sale accipienda *c.ult.d.38.conf.Reink de R.S.& E.l.1. cl.4. c.17.n.36.* qvi hoc extendit ad nonnullos imperii principes. Non prætercam illegitimorum senectutem omni carere dignitate *c.3.sapient. Hart. Pist. l.1.qv.30. n.8.*

§.6. Privilegiis & donati senes. Hæc percurrere in transitu non frustranei erit laboris. *Ripa de Pest.c.5.n.221.* septuagenarios ab excubiis & portarum custodiis liberat, nisi ultima aliud svadeat necessitas, aut recepta consvetudo. *Feretr.Tr.de gabell.n.499.* negat eos posse constitui collectarū exactores. Reliqva qvod spectat munera, sunt ea vel *patrimonialia*, qvæ qvis cogitur subire propter bona qvæ possidet; *vel personalia*. In illis nullam sibi arrogare qveunt immunitatem senes *l.ult. §.24.ff.de mun. l.11.l.2.§.1.ff. de vacat.mun.* Personalia vel dignitate carent, uti tutela, cura, & majores 70.ann. *l.3.ff.de jur.imm. l.74. in fin.ff.ad SC. Treb.* ab his immunes *l.3. §.6.ff.de mun.& hon. l.2. §.1.ff.de vac.mun. l.10.C de decur.l.2.ff.de exc.tut.§.13.Jib.* vel & eam habent annexam, & excusationem præstat ann.55. *l.ult.C.qvi ætat.vel prof. Habv. ad Wes. tit. de exc.tut.n.3.* Ratio diversitatis est hæc: munera detrectamus omnes, honores vix unqvam. aliter *Carpz. Resp.90.l.5. n.13.* distinguens inter munera, qvæ judicio & ingenio ut plurimum expediuntur, & qvæ corpore: qvasi ab illis immunes 70: ab his 55. annum egressi. Est & senibus de alimentis prospectum *c.17.d.86.l.22. C.de SS.Eccl.junct.l.122.pr.ff.de leg.1.* Qvam ob causam & senex, superveniente graviore ætate, non statim salario privandus & titulo, nec obst. *l.2.§.7. ff. de vac. mun.* Haud omittam.

II. *Judicialia.*

§.7. Prima fronte venit in disceptationem I. *an judici 70. ann.excesso nullitatis exceptio qveat opponi?* N. prudentiâ & experientiâ qvando fulget: A. si mente, judicio, auditu, nec non intellectu, destitutus. Sicuti enim contra judicem pupillum jure excipimus, ita & contra judices senes, qvi bis pueri. II. *an juvenis sine veniâ eum valeat in jus vocare?* Qv. hæc, si intelligatur de veteri in jus vocatione, sine dubio sententia negat. verior *l.13. ff. de in jus voc.l.5.pr.ff.de jur.imm.* Nostra tempestate, impetratâ â judice

citatio-

citatione, venia etiam impetrata censetur, unde non magnus ejus usus, *Um. pr. jur. diss. 5. n. 34.* nisi dicas, actiones esse temperandas.

§ 8. Senex qvi repuerascit, utitur infantis jure. Qvâ de causâ legitimam personam standi in judicio non habet, eiq; agenti rectè objicitur inhabilitatis exceptio, donec ipsi detur curator ad litem *Prück. vol. 1. cons. 19.*

§ 9. Senex decrepitus, haud latente rei veritate, invitus dicendum ad testimonium non cogendus (1) ob *l. 8. ff de test. c. 3. caus. 4. qv. 2. & 3. vers. inviti* (2) qvod ætas veneranda, & sit mater oblivionis *Alth. dicaeol. p. 684. n 43.* Si secus sese res habet, invitus examinari, neqvit in judicio, præprimis qvando judicem decrepitam ob ætatem adire haud valeat, utiq; autē domesticos inter parietes *c. 8. de test.* à notario, modo judex eum ad hunc ablegaverit actum. *Far. pr. cr. qv. 78. n. 61. & qv. 77. n. 227.* Idem dicendum in recognitione. *Nicol. pr. jur. p. 226.* Qvod si testes sibi contrarii, præferendi senes, *nisi stent pro actore arg. c. 5. de test. Masc. de prob. conc. l. 1296. n 4.*

§. 10. Lite nondum contestata, regulariter non admittimus testes, casibus specialiter notatis exceptis, *Gail. lib 1 obs 92. n. 1.* Inter hos refer ulla sine hæsitatione, si producti loco testium senes decrepiti, qvi ad perpetuam rei memoriam examinandi. Qvod si virilitati proximi, judicis arbitrium valebit. *Far. l. all. qv. 77. n. 83. Gail. l. all.*

§. 11. In universitatis causa juramentum calumniæ injungo tribus vel 4. ex universitate senibus, ut & qvando juramentum universitati delatum, eo qvod hi res civitatis optime scire intelligantur *const. Aug. p. 1. c. 13. ib. Carpz.* Landr. *lib. 1 art. 46.* nisi in junioribus melior adsit notitia.

§. 12. In controversiam qvoq; vocatur *an senibus idem competat privilegium qvod pupillis, de qvo egi multis §. 12. c. 3? Aff. Berl. p. 1. concl. 50. n. 84. vid. Um. pr. jur. diss. 4. n. 61.* in ordine sunt.

III. Delicta.

§. 13. Luciani est, *parcimus annis, donamusq; nefas.* Qvam ob causam senili ex ætate delinqventibus esse succurrendum *Gail. lib. 2. obs. 110. n. 34.* autor est. (1) *ob l. 6. pr. ad L. jul. pec. l. 3. §. 7.*

ff. ad SC syll. l. 2. ff. de term. mot. (2) qvia pupilli mitius puniendi *l. 37. §. 1. vers. in del. ff. de min.* & senes bis pueri *conf. Carpz. lib. 5. Resp. 90. n. 9. Theod. l. all.* Huic asserto remoram facit (1) illud JC. Tritum: *Juvenem ferulâ castiga; furcâ senem: peccantem juvenem corrige; senem pende. Carpz pr. cr. qv. 62. n. 36.* (2) *c. 24 dist. 86. in fin. ibi*, nec senectuti parcamus *Eccles. c. 24. v. 4. & 8. Dan. cap. 13. v. 52.* Rem distinct. decido cum *Carpz. l. all. qv. 144 Far. qv. 92. n. 33.* aut pœna est arbitraria, aut determinata sive uniformis. In pœnis arbitrariis (exceptâ pecuniaria, in qvâ nullus de eorum morte timor) senex non qva talis, sed decrepitus meretur veniam. Determinatam qvod attinet subdist: vel enim est capitalis, vel non. Priori casu non mitiores sumus lege: Posteriori casu, præprimis in pœnâ corporis afflictiva v. c. fustigatione, ne fortassis in vitæ incurrant periculum, proniores ad lenitatem. Hinc senex non exemptus à pœna Homicidii, *Far. l. all:* laqvei, *Berl. p. 5. concl. 43. n. 39:* Adulterii, *Berl. p. 4. concl. 27. n. 77. Carpz. l. all. ubi Ping. diss. late refut.* Sic & probe attendendum, num senex commiserit delictum ex imperitia, qvando repuerascere incipit: an ex culpa.

§. 14. *De tortura qvid statuendum multis haret aqva?* R. senex decrepitus, delirans, vel valetudinarius, qvod judicis committimus arbitrio, *Rosb. pr. crim. tit. 5. c. 13. n. 12.* torturæ non subjiciendus *l. 2. §. dign. ff. ad SC. syllan. Mascard. de prob. concl. 1296. n. 6. Theod. coll. cr. d. 9. θ. 10.* etiam criminibus in exceptis v. c. læsæ Majestatis, si subsit periculum mortis *Far. pr. crim. qv. 41. n. 103.* Qvod si de facto torturæ subjectus, crimenq; confessus sit, confessio talis ipsi nullum creabit præjudicium *Theod. l. all. disp. 10. θ. 4. lit. e Masc. l. all. n. 7.* Senes autem robustos, perspicaces ac validos tormentis subjicio. Licet autem hæc ita sint decrepitis in senibus, à levi tamen & moderato torqvendi modo, qvalis die Daumenstöcke/qvi & territio dicitur, eos non eximo, uti & juris in impuberibus *Carpz. pr. cr. qv. 118. n. 35. Far. l. all. qv. 91. n. 25. Perez. ad* Cod. *lib. 9. tit. 41. n. 32.* Qvemadmodum enim decrepita ætas delictum minuit, non verò in totum tollit: ita & genus tormenti, modumq; torqvendi moderatur, non verò torturam *Far. n. 29.* Cæterum ferulis, sicuti pueri, neqveunt cædi senes

fenes Myf. Theod. l. all. nec, debitum ob civile, arctiori includi carcere *Carboen. dec. 123.*

§.15. Notarius aliqvo de instrumento rogatus, si negat se esse reqvisitum, proindeq; dare recusat, pœna tenetur falsi. *Far. pr. cr. qv. 154. n. 9.* Qvod limitat aut. all. in notario sene, qvippe qvod memoria senili in ætate labilis. Tandem

IV. *Ad extrajudicialia.*

§.16. Senes maxuma ex parte avari, auroq; inhiant. Senescunt qvidem omnia in sene, sola in eo juvenescit avaritia. Unde in proverb. venit, je älter / je geiziger. Cum itaq; omnis in eo dilapidationis cesset præsumptio, ideo celebrando contractum sese obligat *l.27. C. de trans.* Læsis tamen & circumventis potestatem concedo implorandi beneficium restitutionis in integrum, si repuerascere incipiant. Sic nec senem à testamenti factione excludo *l.3. C: qvi test. fac.* modo sit sanioris intellectus; aut à donatione *l.16. C. de don. Carpz. pr. cr. qv. 144. n. 20.* Imo si in uxorem juvenem conferat donationem, eam *Berl. p.2. concl 15. n.18* inter reciprocas numerat, qvippe qvod hæc ei remuneret juventam, qvam tamen litem non facio meam.

§.17. Prudentia in sene exuberat *c. ult. d.84.* Verum cum ad matrimonia venimus, deliria cernimus exuberanter. Dicunt enim & faciunt, qvod ipse (verbis Persii utor) non sani esse hominis, non sanus juret Orestes. Prisca exinde ætate ipsis erant inhibita, eo qvod meram saperent libidinem. At cum ann. 90. qvidam procrearint liberos, finisq; matrimonii non tantùm in sobolis procreatione, sed & mutuo consistat adjutorio *Cov Tom. 1. p.207 n.3.* ideo imperator *l.27. C. de nupt.* decrepitorum permisit consortia. *An vero juvencula scienter nubens septuagenario, separationem petere valeat, si neqveat debitum exsolvere conjugale Qv? N. c.4. de frig.* secundum qvod Lips. *teste Col. dec. 1.* decisum. De nuptiis senum vid *Cypr. de spons. c.9.* Adoptione sibi eligere filium in manu senum est *l.15. §.2 ff. de adopt.*

§.18. De senibus multa præsumuntur. Etenim qvi 70. attigit annum præsumtive pro infirmo habetur, cum senectus talis morbus *Um. pr. jur. d.15. n.45:* Qvi 80; pro impotente *Rich. de suc.*

de suc.ab. int.fol.21.vid. Far.pr.cr.qv.150. n.152. ubi inqvit, talem ætatem facere probationem suppositi partus. Si hæsitamus de morte senis & juvenis, senex primo præsumitur mortuus *arg.l.15. pr.ff.de inst. test.*

§.19. Cœterum qvod non sicco prætercam pede, ætatem naturalem probamus (1) per libros, in qvo describuntur qvi baptizantur, germ. Kirchenbücher: (2) per instrumenta matrimonii, germ. Ehestifftung/ negativè scil. non affirmative. (3) per libros parentum, qvia tunc temporis pater ignoravit, an hæc scriptura sit illis profutura, an contra: (4) per testes, præprimis obstetrices, nec non vicinos.

§.20. Esset & attingenda ætas civilis. Verum cum hujus jura, sicuti in tractibus de ætatis venia cernere licet, ad amussim usq; à Dd enucleata, ideo non agam actum, nec in leges disputantium impingam.

§.21. Et hæc de prolixa nimis materia dixisse sufficiat. Feci pro temporis angustiâ, pro ratione instituti, qvod potui, nõ qvod volui. Summorum virorum, & provectioris ætatis hunc esse laborem, qvilibet ultro fatebitur, modo cordatus sit Cato, non iniqvus censor. Sed qvædam minus ad rem tibi dicta videbuntur Lector; ne mihi vitio vertas id. Palpitaverint in hâc materiâ Doctores, qvibus publicarum rerum notitia, non minus, qvam Hercules Lernæo in conflictu. Fortassis nec stylus, nec methodus tui erit stomachi; disputator ad te venio, non orator. Sic & materia totum percurrit jus, vastumq; repræsentat pelagus. Celebrior vita, & rerum experientia, dante Deo, omnem supplebit defectum. Portum adeptus, contraho vela, cedat in nomine JESU feliciter, FELICITER!